

17

I N D E X
S C H O L A R U M

PUBLICE ET PRIVATIM

IN ACADEMIA

GEORGIA AUGUSTA

PER SEMESTRE AESTIVUM

A. D. XV. M. OCTOBRIS A. MDCCCLXXXV USQUE AD D. XV. M. MARTIS
MDCCCLXXXVI

H A B E N D A R U M.

Udalrici de Wilamowitz-Moellendorff Lectiones epigraphicae.

u₃

GOTTINGAE

OFFICINA ACADEMICA DIETERICHIANA TYPIS EXPRESSIT.

WILH. FR. KAESTNER.

ACADEMIAE GEORGIAE AUGUSTAE
PRORECTOR
LUDOVICUS MEYER
CUM SENATU.

Quicumque olim nepotibus nostris historiam philologam narrabit, ei multa verba facienda erunt, ut recte exponat, quomodo acciderit ut omnium rerum Graecarum memoria penitus inverteretur, ex quo titulis Graecis, qui paene soli testes supersunt incorrupti, iustum studium admotum est. quod nuper demum fieri coeptum est; itaque qui hodie vivimus animo comparamus penuriam nostram cum eis thesauris qui adhuc in terrae gremio latentibus tunc patebunt sine invidia, haud sine desiderio; eidem laetabundi sed sine arrogantia aut iactatione copias nostras perlustramus: Atticos lapides plures possidemus quam Graecos colligere poterat Boeckhius. habet autem epigraphica (ut nomen admittam, artem enim esse certis finibus circumscriptam nego) hoc peculiare, quod saepe evenit, ut quae ambigua erant et per solam divinationem cognoscenda novis et certis documentis repertis subito ab omni opinandi discrimine vindicentur; itaque pari oblivione obruuntur cum laudes eorum qui verum divinando assecuti erant tum errores et turpes et quos nova demum lux coarguit. quapropter futuri illius historici excitavi imaginem, cui non solum quid verum sit simpliciter erit indicandum, sed quibus gradibus et ambagibus ad verum sit perventum, edisserendum; est etiam ut via et arte procedentes verum quod iam attigeramus spernamus, donec alia via ad idem nos reducat. quod vix luculentiore adserere licet testimonio quam eo lapide de quo primo verba facere constitui, columna quae Sigei stetit in tumulo Phanodici Proconnesii, nunc prostat in museo Britannico gravissime laesa, commodissime legitur in Röblii IAG 492. quantum acuminis et sollertiae, irae etiam et contumaciae in hoc titulo explicando consumptum esset, incundum mihi foret persequi, nisi ipse aliquid ad explicationem conlaturus essem, quae ne nunc quidem, postquam tandem diligenter inspecto lapide de summa rei constitit, absoluta esse mihi videtur.

Constat per Loeschekium (*Mitteil.* IV 298) sepulcralem Phanodici pilam ita fuisse exornatam, ut et infra et supra inscriptiones eodem tempore incisas lapis pingeretur. et Loeschekius quidem videtur arbitrari, colore tantum aliquo illas lapidis partes fuisse infectas, neque quidquam id haberet miri. sed figuras nullas ibi fuisse vix licebit hodie adfirmare, cum multarum litterarum vix umbra supersit. libenter audiam chymicae artis peritos, audienda vero etiam grammatica, quae me coegit ut aliter statuerem. *Φανωδίο ἐμὶ τὸ μοχραίεος τὸ Προκοννησίω χρητῆρα δὲ: καὶ ὑποκρητῆριον: καὶ ἡθμὸν: ἐς*

Pierre de Sige

πρωτανήιον ἔδωκεν: Συκεῦσον. — Φανοδίκο: εἰμί: τῷ ἡερμοκράτος: τῷ Προκο-
νεσίο: κάγω: κρατέρα κάπιστατον: καὶ ἡεθρόν: ἐς πρωτανεῖον: ἔδωκα: μνήμα:
Συκεῦσαι: εἰάν δέ τι πάσχω: μελεδαίνεν: με ὡ Σιγείες: καὶ μ' ἐποίησεν: καί-
σοπος: καὶ: ἡαδελφοί¹⁾. Attici tituli enuntiatum primum vulgo finitur ut
Ionici in nomine patriae, sed scabritiem huius orationis nemo excusavit.
εἰμί enim ad pilam, κάγω ad mortuum, πάσχω ad pilam rursus referendum
est. quae omnia sanantur mutata interpunctione. Φανοδίκον εἰμί τοῦ Προ-
κοννησίον κάγω· κρατήρα — ἔδωκα — εἰάν δέ τι πάσχω. pictus erat Pha-
nodicus Proconnesius, qualis domi degerat, in superiore pilae parte, exul Sigei
peregrinans in inferiore, loquitur pictus Phanodicus, quem pariter decet tertia
persona uti et prima, beneficia Sigeensibus oblata et iniurias picturae imminentes
ad suam personam referre. sicuti grammaticae satis factum est, ita duplex
inscriptio, duplex pictura ab usu vetere iam non abhorrent. Lyseas, aetate
suppar Phanodico (hunc enim ad Solonis fere tempora recte revocavit Koeh-
lerus) in tumulo stetit bis pictus, et vir sacrificans, et puer equo currens, hoc
in ordinis equestris memoriam, ut perite intellexit Loeschkius, quem postea
equus caputve equinum in anaglyphis sepulchralibus rustice iactat. Philo-
pappus regulus semibarbarus, Plutarchi amicitia nobilis, in monumento, quod
utinam ne nomen Musarum elivo dedisset, inscripsit triplicem titulum, uno
regiam stirpem, altero civitatem Atticam, tertio Romanam professus (CIA
III 557): nam gaudeo eam quam ego mihi persuaseram explicationem a
Dittenbergero prolatam esse; aliter statuerant Boeckhius et Mommsenus.
denique quod artifex semel se nominavit, quoniam unum monumentum est,
rectissime fecit, addiditque pictor potius quam mortuus sui operis commise-
randi preces, et obnoxia ludibriis magis erat inferior pictura. quippe mictum
atque cacatum venientes Ulius et fragilis Pedacia furque Voranus ne dei
quidem simulacrum reverentur, hospes Nicerotis Petroniani ad stelas facit,
Philocleo ad Lyci statuam, plerique Atheniensium ad Hecataea. praeterea
otiosae manus blanditiis conviciis nugis lapides in publico prostantes con-
scribillant. Cimonis aequalis quidam se e castris antici amoris in opposita
transfugisse magnis et litteraturam publicam imitantibus litteris insculpsit
lapidi Piraeico Ἀρίσεμος: καλός: Πολντίμε: λαικ — ἀσίρια, quod additurus
erat, omisit (εφ. ἀρχ. 1884, 193), ubi editor aliam in ipso Ceramico repertam
inscriptionem Κῶμος καλός, καὶ ὁ γράψας attulit. infra tabulam, quae locationem
areae sacrae Nelei continet, sequiore aetate nomen positum erat nunc erasum,
convicium κλέπτης superest (εφ. ἀρχ. 1884 πίν. 10). denique pueros nova
arte gestientes elementorum seriem iam ineunte saec. VII vel vivae rupi
incidisse testimonio est saxum Amorginum IGA 390 (cf. p. 193), in quo et
litterae extant ab α ad θ. et nomen Ἐπαμείνον et Ἐρασις με ξ ὁδὸ ἱεσ, ita
enim interpretor rudes caeli ductus, nec mutavi quidquam praeter ξ, pro quo
ε traditum est. nec tamen definio, utrum Ἐρασις labe immune sit necne.

1) Signa interpunctionis multa evanuisse certum est. praeterea peccavit Haesopus
fraterve eius bis, scripsit Σιγευ|εῦσαι et ἐπό|εισεν, in vocabulis ultra versum continuandis
littera una semel perperam repetita, semel traiecta. in transcribendo rationibus eis utor
quas commendavi, dum Caueriani delectus censuram ago alteram.

etiam obscurior est paullo recentior titulus Amorginus, quem eiusdem generis esse id quod unum agnoscitur *κατὸν ἀνδρῶν* demonstrat (*Bull. Hell.* VI 189).

De Phanodico et Haesopo quae disputavi mihi quidem omnes probabilitatis numeros habere videbantur, plandebamque mihi, cum repperissem. sed mox didici, postliminii iure suum esse Bentleio reddendum, qui primus post *κατὸν* distinxit. declinatum est ab eius sententia, ac, fateor, debebat declinari, donec Loeschekius picturas sepulcrales luci redderet. at nonne idoneum hoc exemplum est, quo veritatem tantum per ambages attingi demonstretur?

Commemoravi locationem fundi Neleo et Basilae sacrati. quod singulare monumentum lucem in diversissimas rerum Atticarum partes diffundit. vindicat codicis Bodleiani fidem in Platonis Charmide 153, cui plerique omnes diffisi erant; confutat cum Loeschekii tum sane quam futiles Conradi Langii de Regina Atheniensium dea et Regia Porticu opiniones tam luculenter, ut verbo opus amplius non sit; confirmat Wachsmuthii suspiciones, qui in occidentali potissimum Athenarum parte atque extra antiqua quidem moenia Ionicarum gentium sacra et sedes fuisse intellexit, confirmat eorum iudicium qui Codri fabulam, cuius testes paullo antiquiores Iones sunt, a genuina Atheniensium memoria abiudicant: nam Codrum, qui expertus est sacri fundi, intrusum demum esse in communionem Nelei et Basilae apparet, et intellegitur tandem, cur ad Ilium cecidisse postea creditus sit: nimirum ex nulla sacra aut profana traditione, sed quia heros apud Iones celebratus cum in Atticos fastos Atticamque religionem intruderetur, apud popularem Neleum commodissime visus erat quasi hospitio uti. porro de viis portis aquis nova docemur quae nemo poterat expectare, sed haec non audebit persequi qui procul Athenis habitat, certe si intellexit neque dulcissimam sacrae terrae olim calcatae memoriam neque quamvis diligentes Athenarum quales hodie sunt formas ad quaestiones has topographicas solvendas sufficere. grammaticas quidem formas liceret etiam sub arcto explicare, et valde memorabile est, quam licenter in hoc instrumento veterrima cum vulgaribus permisceantur: quippe vetusta locationis lege scriba quasi fundamento usus est. sed hoc quoque ampliorem requirit eam inquisitionem, qua opus esse nuper peritissimus iudex edixit Koehlerus, ut sermonis publici mutationes atque processus inde a simplicitate Solonis usque ad prolixitatem Stratoclis deducerentur. exponam igitur unum, quod ad rem publicam administrandam facit paucisque exponi potest. Harpocratio apodectas tradit institutos esse a Clisthene in locum colacretarum, testemque excitat locupletem, Androtionem. quod falsum esse constat, siquidem colacretarum per saec. V frequens mentio est, quos leges post restitutam populi dominationem latae abrogarunt. contra apodectae nulli erant in titulis saec. V. itaque in colacretarum locum non quidem a Clisthene sed post Euclidem substitutos eos esse coniecit I. Christius. quae sententia haudquaquam temeraria eo laborabat, quod Androtonis Harpocratio nisve errorem non explicabat. falsam eam esse locatio nostra docet. v. 14—18 *ἄποσεν δ' ἐν ἄλφει* (vide probum sed epicum aoristum) *μισθῶσιν τὸ τέμενος κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἕκαστον, καταβαλλέτο τὸ ἀργύριον ἐπὶ τῆς ἐνάτης προταρείας τοῖς ἀποδέκταις, οἱ δὲ ἀποδέκται τοῖς ταμίαισι τῶν ἄλλων θεῶν παραδόντων κατὰ τὸν νόμον.* erant igitur apodectae V saeculo unum e minoribus

collegiis magistratum, pecunias publicas recipiebant a debitoribus, aerarium autem non habebant, sed quaecumque recipiebant statim ad quaestorum singula collegia transferebant, ut quodque lege praescriptum erat. tale collegium simile v. c. praetorum et poletarum a V saeculo non abhorret, atque perquam probabile cum hoc tum cetera id genus collegia in quibus denarius numerus regnat a Clisthene instituta esse, qui pecuniae publicae administrandae summam uni senatui tradidit; credibile etiam munia a Clisthene apodectis tradita antea dicionis fuisse colacretarum, neque gravis est Harporationis error. denique unum emendabo locationis locum, in quo lapicida vehementer peccavit, 22 ὁ δὲ βασιλεὺς ἐχκαλεσάτο τὸν πριάμενον τὴν ἰλὴν ἐπειδὴν ἀποδοῖ τὴν μίσθωσιν, τὸν δὲ μισθωσάμενον τὸ τέμενος καὶ ὀπίσω αὖ μισθώσεται ἀνεγγραφάτο ὁ βασιλεὺς ἐς τὸν τοῖχον etc. scriba in eo loco qui manifesto corruptus est dederat ἐχσαλειφάτο, quadratarius postquam * pro σ posuit, omittenda sibi putavit duo elementa, ut Graecum vocabulum daret; idem v. 20 in formula fortasse Solonea propter ignotum sibi δραχμησι etiam μυρίασι scripsit, quod μυρίασι fuerat.

Archontum Atticorum seriem, quam annorum 295—62 in Antigono meo dederam, consensu suo probavit Dittenberger eiusque discipulus E. Spangenberg (*de Athen. publ. instit. actate Maced. immut.* Halis 1884). neque mutantur rationes meae eo quod de compluribus titulis erravi, meliora edoctus a Koehlero; igitur Thrasypho archon omnino procul habendus est, Diocles, cuius titulum tractavi p. 244. 256, Cydathenaeensis est, qui exeunte saeculo III fuit, contra prythanum catalogus ibidem tractatus Callimedidis antiquioris. sed nuper repertis titulis duo illa archontum nomina surrexerunt quae desiderabam. multum vero abest ut ipsa series certo restituta sit. unum quidem et facile est et exoptatissimum: comparuit archon qui seriem a Dionysio Halicarnassensi traditam excipit, ita ut Philippus certo ad annum 293/2 referatur. *Bull. Hell.* VIII 327 ἐπὶ Φιλοκράτιον ἀρχοντιος, ἐπὶ τῆς Δημητριάδος δωδεκάτης προτιανείας ἢ Ἡγήσιππος Ἀριστομάχου Μελιτιεύς ἐγγραμμάτειεν, Σκίροφοριῶνος ἐνεὶ καὶ νέαι, δευτέραι καὶ τριακοσιεῖ τῆς προτιανείας etc. annus intercalaris est, ita ut cyclo Metoneo duce priorem biennii vacui annum nomine suo exornare liceat. Philocratis nomen Philippi tam simile est, ut recte fortasse coniecerit Ungerus, casu ultimum nomen apud Dionysium intercidisse. sed etiam alterius anni superesse videtur nomen, etiamsi nondum inter errantia, quales sunt Diogito Philoneus Cleomachus, repertum sit. nam ut mittam Sosistratum (Dittenb. Syll. 418), quem nulla causa est cur non ultra 262 detrudamus, emersit nuper Lysias, cuius annus fuit aut 276/5 aut 275/4, potestque eiusdem nomen restitui etiam CIA II 377 et (quod sunt quae suadeant) 310, 24. titulus multo amplior quam qui hic repetatur Eleusine repertus editusque *Eg. arch.* 1884, 137 (cf. 214) ex eis est quos milites et mercennarii in castellis Eleusine Panacto Phyla excubantes in honorem praetoris praefecti Eleusini ponebant, quorum antiquissimus Demetrii Phalerei est (Dittenb. 121), nullus Chremonidei belli principia excedere potest. ac priore quidem militum decreto collaudatur Aristophanes Aristomenis f. Leuconoensis cum propter alia tum quia sacra fecit τοῖς Ἀλαίσις τῆι τε Δημητρὶ καὶ τῆι Κόρῃ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς οἷς πάτριον ἦν ὑπέρ τε τοῦ δήμου

τοῦ Ἀθηναίων καὶ τοῦ βασιλέως [Δημητρίου] καὶ τῆς βασιλίσσης [Φίλας] καὶ τῶν ἐγγόνων αὐτῶν. atque etiam inter merita publice proclamanda est Aristophanis benivolentia erga populum Atheniensem, regem Demetrium eiusque familiam. crederes Demetrio regnante, i. e. ante 287, hoc votum esse. sed alio ducit Eleusiniorum decretum quod illud militum decretum excipit; secuntur horum militum et mercennariorum nomina. in quo post ea quae Aristophanes gymnasiarchus et phylarchus praestitit, haec secuntur, lacera quidem, sed a Philio et Pantazide optime suppleta, a quibus cum in aliis levioribus tum eo differo, quod et 17 primae litterae, quae τ lecta est, π substituo, ita ut 16 possit redintegrari, et 14 archontis nomen addo

[τὸν δὲ ἐνιαυτὸν τὸν ἐ-

πὶ Λυσίου ἀρχοντος ἐν ᾧ ἐνιαυτῷ ὁ πόλεμος ἐνέστη, διετέλε[σεν ἐν τῇ τῶν

δίῳ ἐπιμελείαι οὔτε τὴν τοῦ ἑαυτοῦ σώματος ἀσφάλειαν οὔτ' [ἄλλο οὐδὲν ἔμπροσ-

θεν τιθέμενος τοῦτῃ πατρίδι συμφέροντος· κατασταθεῖς δὲ στρατηγὸς ἐπ' Ἐλ-
10 ευσίνος εἰς τὸν ἐπὶ Κίμωνος ἐνιαυτὸν ἐπεμελήθη τῆς τε τῶν [φρουρίων
φυλακῆς

καὶ τῶν ἄλλων ὧν αὐτῷ προσέτατον οἱ τε νόμοι καὶ τὰ ψηφίσματα
[τὰ τοῦ δήμου·

ἐπὶ πᾶσι τοῦτοις ἐπέεινε καὶ ἐστεφάνωκεν αὐτὸν ὁ δῆμος [ὁ Ἀθηναίων ἕνεκα
σπουδῆς πρὸς τὴν πόλιν· ἐπήνεκε δὲ καὶ ὁ δῆμος ὁ Ἐλευσιν[ίων εὐ-
νοίας ἕνεκα.

χειροτονηθεῖς δὲ τὸ δεύτερον στρατηγὸς ἐπ' Ἐλευσίνος εἰς τὸν ἐπὶ Ξενο-
φώντος ἐ-

15 νιαυτὸν ἐπεμελήθη τῆς τε τῶν τευχῶν ἐπισκευῆς καὶ τῆς [τῶν φρουρίων
φυλακῆς

Ἐλευσίνος καὶ Πανάκτου καὶ Φυλῆς· ἐπεμελήθη δὲ καὶ ὄπως ἐκ τῆς
χώρας οἱ καρ-

(π)οὶ μετ' ἀσφελείας εἰσενεχθῶσιν· διατελεῖ δὲ καὶ ἰδίαι [τῷ ἐντυγχάνοντι
χρείας παρεχόμενος εἰς ἃς ἂν αὐτὸν παρακαλῆι· πολλοῖς [δὲ τῶν Ἐλευσινίων
ἐν τῷ πολέμῳ γέγονεν αἴτιος τῆς σωτηρίας etc.

belli huius quod sub Lysia exarsit agrisque Atticis per complures annos infestissimum fuit, praeterea in sola Phaedri laudatione (CIA II 331) mentio fit, ipsa quidem parum certa hodie, quoniam turpis Atheniensium saevitia omnia quae ad Macedonas regemque Antigonum pertinerent eradenda curavit. Phaedrus praetor ἐπὶ τὰ ὄπλα sub Cimone erat, Aristophanes ἐπ' Ἐλευσίνος; eisdem honoribus functi sunt sub Xenophonte, nam huius nomen v. 14 accurate convenit. apparet eas partes quas aut sequebantur aut adeo ducebant Phaedrus et Aristophanes libertatem patriae ita defendisse, ut cum Antigono, quicum per annos 287—83 bellum gestum erat, iam postquam Macedoniam a Gallorum barbaria liberavit, artissima servaretur amicitia. itaque vel sacra parentibus Antigoni olim fieri solita (CIA II 307) rursus celebranda publice curant, omisso vel potius celato ipsius Antigoni nomine; ac re vera salutem Athenarum Antigono debitam esse vel erasa testantur ea quae de Phaedro olim dicta erant. grave igitur illud bellum non contra

Macedonas gestum est. unde confirmatur quod iam antea conclusi, agi neque de annis 287—83 neque de belli Chremonidei exordiis, sed de eis annis, quos primos Antigonus regnavit 276—72; Cimonem Eubulum (quem Cimoni successisse aliunde conclusi) Xenophontem nomen dedisse annis 274/3—272/1, sub Xenophonte Pyrrhum Epirotam interisse. Lysiae igitur alter ex annis anonymis 276 275 fuit. adversarios vero Atheniensium et Antigoni, qui sub Xenophonte usque in campum Thriasium progressi sunt, mihi quidem ignotos esse fateor; Graecos esse probabile duco. non indigni laude fuerunt Phaedrus et Aristophanes. fatale autem fuit, ut hos viros, qui alieni ab inani antiquae gloriae captatione libertati et securitati patriae prospiciebant, mox aut mors absumeret aut popularis aura desereret. nam paullo post oratores novi stulti adolescentuli, Glaucone et Chremonide ducibus, proveniebant, qui excitati ab Aegyptiis, postquam Arsinoe soror Ptolemaeum maritum ut bellicam laudem quaereret instigavit (nupserat fratri 271), Antigoni amicitiam repudiarunt bellumque ei intulerunt, quo quidquid virium superfuit Athenis penitus consumptum est. etiam huius belli memoriae quas posterum desidia obiecit tenebras paullatim discutunt lapides. Salaminii Heraclitum Athmonensem laudant, quod a rege Antigono Piraeo et Salamini praepositus per bellum cum Alexandro gestum insulam ab adversariorum iniuriis defendit (*Bull. Hell.* VI 525). ergo Piraeus in Antigoni ditione erat, cum Alexander ab eo deficiebat; ergo confecto bello Chremonideo hoc accidit, a quo rerum ordine Trogi Pompei prologus 26 nequaquam abhorret. erraverat Droysenius inque errorem suum cum alios tum me ipsum pellerat. accidisse autem haec videntur post a. 255, i. e. postquam Antigonus Atheniensibus libertatem concessit, siquidem Heraclitus Piraeo tantum et Salamini, non urbi praepositus est. Antigouum lentae deorum molae tandem victoria mactaverant ad Ptolemaei natalem insulam Con. eundem victorem Athenis degentem alicubi inducit Carystius Antigonus; hoc accidisse post Coam pugnam nunc comperimus Coi lapidis gratia (*Inscr. Mus. Brit.* II 336). β]ασιλ — — αγε . . ἀφικόμενον τε — — πόλισμα τὸ ἐν Ἀλασάρναι — — μ]ετὰ τῶν ἀνδρῶν τῶν — — κα]ταστᾶμεν ὑπὲρ τοῦ δάμου — — ἰσχειν τὰν κα]θαίρεσιν — — π]ρεσβείαν ποτὶ βασιλῆ — — ε διαλεξείσθαι τῷ βασιλεῖ — — ἰοντα ἐν Ἀθάναις — — ὅπως τὸ πόλισμα μὴ — — ἐν ἀσφαλεῖ οἰκέωνι — — lacera verba licet restitui nequeant, intellegitur hominem quendam Cois pollicitum esse, se ab Antigono Athenis degente impetraturum, ut castellum Halasarnae, in noto insulae vico, extractum Cois traderetur. etiam vicina Calymnus Macedonicae huius dominationis vestigium servavit. laudatur enim Theucrates, qui καὶ ἐν τοῖς καθεστακόσι καιροῖς ἐσ[ενπόρηκε τῷ δάμ]ωι χρήματα ἐς τε τὸν ψαφισθέντα στέφανον τῷ βασιλεῖ Ἀντιγόνωι καὶ ἐς τὰν — — στρατιωτῶν. quae recte supplevit editor Newton (*Inscr. Mus. Brit.* II 247), sed regem cum aut Cyclopem aut Dasonem fuisse conicit, eius oblitus est qui circa Calymnum vicit; et Gonatae temporibus litteratura magis convenit, multo ea minus corrupta quam ex. gr. in Amorgino lapide qui Dasonem nominat (*Bull. Hell.* VIII 440). obtulerunt nova monumenta etiam eorum virorum nomina qui per bellum Chremonideum praeter reges maxime excellerunt. Callistratus Sam ius, navarchus Ptolemaei, una cum regibus Phi-

ladelphbis domi honoratus est (*Mitteil. Ath.* IX 197 cf. etiam quae Fabricius ibi attulit), Sostratus Cnidius, navarchus etiam nobilior sicut a Cauniis (cf. Antigoni mei p. 228), ita a *νησιωτῶν* conventu honoratur (*Bull. Hell.* VII 6): magis memorabile, ex huius nomine ethnicon formatum esse. Ptolemaide Aegypti enim insigne technitarum decretum repertum est, superstitionibus Philadelphbis incisum (270—250), quo *Λυσίμαχος Πτολεμαίου Σωσιραειῆς ὁ ἱππαρχῆς καὶ πρυτανὶς διὰ βίου* collaudatur (*Bull. Hell.* IX 132). et quod prytanis Lysimachus est et quod de collegio Ptolemaeensi bene meritus est, mihi persuadet Ptolemaeensem eum fuisse, sed in Graeca hac civitate pariter atque Alexandriae instituta esse Graeci vel potius Attici ordinis imitamenta, ita ut eives in tribus et curias distribuerentur, civitasque sui iuris esset, elata pro Graeca origine et supra Aegyptiorum in nomis coercitos et a regis procuratoribus tonsos greges et supra militares Macedonum ordines. nam quae Mommsenus (hist. Rom. V 557) disputat, ut Ptolemaeos etiam Graecis civitatibus libertatem ut ita dicam municipalem negasse probet, ut de sequiore aetate verum sit (novimus Philopatoris lusus in immutandis tribuum Alexandrinarum nominibus, cf. Meinekium An. Al. 346, novimus quoque antiquiorem tribum *Πτολεμαίδα*, pagum *Αητωίδα*), ita ad florentis regni tempora non pertinet. certe Ptolemaide si prytanis fuit, fuit etiam senatus. sed Mommseni sicut prior *σύνταξις* de poesi arte eruditione Alexandrina, ita haec de Ptolemaeorum regno iniquius iudicat, quamquam intellexit Augusti imperium ab institutis Alexandrinis haud secus pendere quam Vergilius et Ovidius a Theocrito et Callimacho, Remmius a Thrace Dionysio, annus Iulianus ab anno Euergetae, analogia Iuliana ab analogia Aristarchea pendent: nec solent exemplaria imitationibus vinci. sed ad lapides redeo, qui utinam accuratiora nos docturi sint aliquando de imperii Lagidarum arcanis: gloria regum magnanimatorum crescet; a quibus vel hodie qui rei publicae libertatem legibus temperant haud levia possint discere. ipsius Chremonidis nomen, nisi fallor, lapides non obtulerunt, etsi de cognatis eiusdem nova et gravia composuit Koeblerus (*Mitt.* IX 49), sed neglectum legitur dudum in Myronis, oratoris et historici Prienei, fragmento apud Rutilium Lupum I 20 *amicus mihi fuit Chremonides et opinione omnium magis familiaris et pro salute eius quaecumque potui feci. sed posteaquam maior vis legis nostrum auxilium ab illius periculo removit, calamitatis ac luctus eius particeps eram. nam opitulandi facultas omnis crepta iam fuerat. crederes Chremonidem iudicio aliquo capitis diminutum esse. sed ne id quidem dirimi potest, veram an fictam causam Asianus rhetor tractaverit. Rutilio Lupo ego uti debebam etiam quo loco Stratoelis et Democharis popularem superbiam eiecto per Urbicapum Phalereo Demetrio saevientem descripsi. adscribam nunc Stratoelis fragmentum (I 9), quale mihi videtur esse emendandum. *quaeritis novam rationem administrandae rei publicae: at repperire meliorem quam a maioribus accepistis, non potestis. quaeritis maximis sumptibus faciendis, [quo] modo ne tributa conferatis: at consiliis consumptas (Halmius: captas C) aerarii opes quantum (quas C) cupitis augere non potestis. quaeritis quemadmodum scelere contaminatis hominibus parcatis: at ignoscendo nocentibus innocentium salutem custodire non potestis.* omnia annum 307 redolent; tum crea-*

bantur νομοθεῖται (cf. praeter ea quae disputaveram CIA II 258), restituebatur πάτριος πολιτεία; tum ad bellum gerendum pecunia opus erat, sed populi ignavia εἰσφορὰν fugiebat (hinc emendatio mea profecta est; *quomodo ne, ὅπως μή*, non convenit; quaerunt rationem quamlibet excepta simplicissima, ut tributum populo imponant): huic inopiae Antigonus donis Cypro missis medicatus est; tum Demetrii Phalerei Macedonumque amicos persequabatur rabularum istorum ira, donec regis moderatio eos compeceret. non solius Rutillii fui immemor in enarrandis Atheniensium rebus. Aphrodisia a Demetrio et Antigono Athenis circa annos 394—92 celebrata Hippolochus Macedo descripsit; eorundem temporum lascivia et hilaritate florentium imaginem in epistulis et commentariis adumbravit Lynceus Samius. horum fragmentis ab Athenaeo servatis usus eram: sed superest apud Alciphronem (II 1) epistula Lamiae, quae pleraque inficeti rhetoris commenta longe superat, nec facile credo aliunde talia potuisse repeti quam ex illis quos supra nominavi scriptoribus aequalibus. Lamia enim non solum Aphrodisiorum quae quotannis celebret, sed etiam Lacedaemoniorum invidiae meminit, quorum urbem a. 295 frustra aggressus erat Demetrius. neque illepide aut regis aut puellae mores pinguntur. itaque ne Therippidae quidem nomen, in cuius domo Lamia cum Demetrio concumbit, fictum credo. ceterum eadem eruditione omnes litterae quae nunc in Alciphronis altero libro prostant conspicuae sunt, et quae ad Menandrum et quae ad Epicurum pertinent: quas si cum exilitate ceterarum epistularum tantum non omnium contuleris, tantae virtutis laudes ab Alciphronem (quem ante IV saeculum fuisse prudentissimi iudices recte negant) ad auctorem quem expressit transferre non dubitabis. denique, ut tandem ab Antigoni mei supplementis abscedam, quod exposui, ut decretum honorarium Zenonis ab incautis dubitationibus defenderem, licuisse Athenis vel mortuum corona honorare, id fere aequali titulo certissime poteram ostendere, CIA II 564. δεδῶχθαι τῆι Ἐρεχθίδι φυλῆι, ἐπαινεῖσαι Ἀντισθένην Νικάνδρου Λαμπροῦ καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσῶι στεφάνωι κατὰ τὸν νόμον ἀρετῆς ἔνεκα καὶ δικαιοσύνης ἧς ἔχων διατελεῖ περὶ τὴν Ἐρεχθίδα φυλὴν. ἐπειδὴ δὲ συμβαίνει Ἀντισθένει θυγατέρα εἶναι ἐπίκληρον ἐκ τῶν νόμων γεγεννημένην, τοὺς ἐπιμελητὰς τοῖς ἀεὶ καθισταμένους κατ' ἐνιαυτὸν ἐπιμελεῖσθαι Ἀριστομάχης τῆς Ἀντισθένου θυγατρὸς εἰάν τις δέηται, ἐμφανίζοντι τῆι φυλῆι ὅταν ἀγορὰν ποιῶσιν, ὅπως ἂν μὴδ' ὑφ' ἐνὸς ἀδικῆται τὴν δ' εὐνοίαν τὴν παρ' ἐκάστου [τῶν φυλειῶν καὶ ἰδία καὶ κ]οινῆι ὑπάρχειν τῆι θυγατρὶ τῆι Ἀντισθένης Ἀριστομάχῃ ὅτι τὴν τοῦ πατρὸς ἀ — — περὶ τὴν Ἐρεχθίδα φυλὴν. Aristomacha ἐπίκληρος non fuit nec esse potuit patre superstite, nisi forte ex uxore nata erat nunc mortua, e cuius dote fundus ad filiam potius pertinebat quam ad maritum. sed ne tum quidem e re Antisthenis erat, si tribus filiae, quae in patris manu erat, patrocinebatur. itaque colligendum est, parvula filiola superstite obisse Antisthenem, hominem locupletem, quam per multos annos insidiis cognatorum obnoxiam prudentissime a magistratibus suis defendi iubet tribus. quae cum ita sint, ne Dittenbergero (Syll. 295) quidem, cuius cetera supplementa significavi, in ultimo versu supplendo obsequi possum; suppleo διὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἀρετὴν καὶ δικαιοσύνην ἣν ἔχων περὶ τὴν Ἐρεχθίδα φυλὴν διατετέλεκεν. moneo

autem formulam *κατὰ τὸν νόμον* in hoc mortuo coronando usurpatam in Zenonis decreto redire. alios errores, quos quod in eodem toleravi vebementer me pudet, correxerit Koehler Mus. Rhen. 39, 300.

Σωστρατεῖς illud, quod supra in lapide Ptolemaeensi explicavi, editor Gallus perperam pro genetivo nescio quo accepit, cuius errorem, sicut plerisque editorum, tacite correxerit. admoneor autem eo similis erroris, in quem nuper vir cautissimus Koehlerus abreptus est, cum nobilem personam inter proxenos Ceorum vel potius Carthacensium deprehendisse sibi videretur. *Πύθων Ἡρακλίδευσ* (*Mitteil.* IX 271 a 23) de Pythone et Heraclida Cotyis interfectorebus intellexit. non negaverim comico licuisse pullos Herculis *Ἡρακλιδέας* vocare, nam formationem similem *ἐχιδῆς λυκιδῆς ἀειδῆς ἀηδονιδῆς* alia ostendunt, dixitque de ea Aristophanes Byzantius p. 111 sq. Nauck. sed comicum, inquam, solum a pullis catulisque bestiarum ad herois prolem haec transferre decet. *Ἡρακλίδευσ* per idem vitium Cei dixerunt pro *Ἡρακλίδεω*, quo mox Athenienses et *Ἀριστογάνου* dicunt et *Εὐριπίδου*, est autem valde memorabile in tam vetere lapide (medii enim saeculi IV est) occurrere metaplasmum, qui inter Dorenses Hexapolitas tam frequens est ut exemplis afferendis supersedeam. Ionas *εν* et *εο* confudisse item notum est ex *λεοκός φεόγειν*, quodque Apollonius Dyscolus (de pron. 82a) in Pherecydis Syrii theologia *ἐμεῦ συνεχέστερον καὶ εἰ ἐμέο* inveniri tradit, dupliciter scribebatur quod pronuntiabatur eodem sono. itaque *Καλλικράτεος* an *Καλλικράτους* scribatur perinde est. etiam *εω* iam V saeculo in *εν* transisse nuper docuit Erythraea inscriptio (*Bull. Hell.* VIII 349), in qua B 6 *Ἀρχηγέτεν* scriptum est; alia ca. 275 scripta (Dittenb. 370) genetivos praebet *Ἡρακλέος Ἀθηνογένου Ἀκιστεῦ Ἀριστεῦ Εὐπαθίδου Θάλεω*. poterat igitur *Ἡρακλίδευν* sine vitio scribi. iam *ενς* et *εν* non magis tuta erant a confusione quam Athenis *ου* et *ους*, ac leguntur re vera inter theoros Thasios *Ζεφυρίδεος Ὀνομακλίδευσ Ἀνσαγόρευσ Διοσκουρίδευσ* alia. e quibus antiquissima fortasse ne recentiora quidem Ceo titulo sunt; diiudicari id non poterit, antequam lapides a perito homine descripti et ad eam normam editi erunt, quam hodie flagitamus: quod neque a Millero neque magis a novissimo editore factum est, quantumvis hic Millerum, virum de studiis nostris praeclare meritum, despiciat.

Dicam nunc de nominibus aliquot propriis antiquissimorum temporum, quae aut elementis aliter explicatis aut etiam contra scripturam traditam revocanda duco. nam licet recte dixerit Buechelerus modestiores nos in extirpandis nominum propriorum miraculis redditos esse per lapidum studia, tamen grammaticae rationi ego certe plus tribuo quam quadratariorum rudium fidei: alia scribae senati Atheniensis diligentia, alia rustici *οὐδὲν πλὴν τὰ γράμματα καὶ ταῦτα κακὰ κακῶς* docti. legitur in saxo Theraeo (IGA 441) *Κερδίννομος*: homo *Κερδώννομος*. opinor, vocabatur. in aere Selinuntio Cynuriae 37 legunt *Κάριλος*: quid hoc? hic in legendo peccatum est: prima enim littera minime ambiguum signi Peloponnesiaci *χεῖ* formam refert, qualis est ex. gr. in cippo Tanagraeo 169. ergo *Χάριλλος* iste vocabatur. nam geminandane sit an semel scribenda consona, liquida potissimum aut sibilans, sola ratio interroganda est; 49 *Μίλλος* est non *Μήλος*. notum nomen

nunc etiam Gortyne comparuit, maxime in laminis plumbeis Styrae repertis (372) quae cui usui olim inservierint nondum exploratum est, stilus scribentium peccavit, neque debebat Roehlius, qui peritissime incertas lineas interpretatus est, in tot monstris acquiescere. 87 quod Ἐξεκράτης scriptum est, voluit Dryops scriba Ἐξεκράτης, elementaque confudit ut item Dryops Hermionensis 47. 143 Ουλλίνος scriptus est qui vocabatur φυλλίνος. cetera nomina qualia fuisse credo simpliciter enumero. 17 Ἀνίνους aut Ἀνίνοος; 84 Εἰδυλίων; femininum εἰδυλῖς apud Callimachum est; 85 Ἐκφαντίδης; 119 Ὀμφάλιος; nasalem litteram vasculorum pictores saepe omittunt. 174 Κλεόδημος 178 Κλέων Ἴων 181 Κορκόρων; καὶ κόρκωρος ἐν λαχάνοισι proverbium est. 182 Κωμάδης, derivatum a κόμη ut Πυλάδης a πύλη, Νικάδης (276) a νίκη. 272 Ναυστέλης 314 Πυλαιμένης 408 Ξεν]οκλίδης vel quoquo modo mutilum nomen supplere vis. 398 Χαῖρις. quod 356 est Φωκύλος latere mihi videtur etiam in ambiguis signis saxi Theraei 458. Κέφαλος saepius legitur Styrae, semel Κεφαλλέων 159, et Κεφαλλῖς Orchomenia 296 est, Κεφαλλῆνες, qui a Cephalo Thoricio stirpem deducunt, semper litteram geminant. an forte etiam apud Hesiodum Theogon. 297 ceterisque locis a Rzachio ibi adlatis liquidam geminabimus? certe Orchomenus ab Helicone propius abest quam Ganges, quo Rzachius nos ablegat. nolo quidquam mutare, nomina enim illa hypocoristica sunt, in quibus ultima consona geminari solet, Συμρίας Τέλλης Ἀγαθῶ Ἀφθονῶ innumeraeque alia exempla sunt; usum tetigi *Comm. gramm.* II 8. Hesiodi autem *τρικέφαλον*, Aristophanis *κνωκεφάλω* excusatur metrica ratione, quam exposui in Homericis meis p. 325. etiam Ἀρχηγος homo Styrensis fuit (47), regiae, ut nomen fert, prosapiae. eo utor ut a Milesio titulo 483 Orionis Indigetis memoriam arceam, quae fortasse Chio conveniret. dedicant enim illa signa οἱ Ὠρίωνος παῖδες τὸ Ἀρχήγο. quos nobilissimos fuisse utrumque nomen docet, et heroici nominis ipsa forma ad Homericam orthographiam nonnihil confert: ego quidem cum Ὠρίωνα Mileti saec. VII scriptum invenio, in Odyssea certe Ὠαρίωνα non restituum. contra servile nomen recte agnatum effecit ut notum titulum Olympiae effossum recte intellegerem, speroque iustae oblivioni traditum iri quae antea de eodem conieceram, quae falsissima esse ultro constitit monumenti forma et integritate scite demonstrata. artifices qui Praxitelis Mantineensis donaria fabricati erant nomina sua ita scripserunt (IGA 42) Ἄτοτος ἐποίησε: Ἀργεῖος: κἀργεῖάδας: Παγελαιίδα: ἰἀργεῖο. apposite monuit Hirschfeldius ὁ ἔτερος (ut Bekkeriane loquar) Atoti nomen in titulis Ponticis multo recentioribus inveniri (*Arch. Zeit.* 1882, 117). Scythia igitur fuit Atotus, civitate Argiva donatus, nec habet patrem δημοποίητος. Argiadas vero non Argivus est sed Argivi Hagelaidae, servus nimirum. quid igitur lapis nos docet? Hagelaidam, nobilem sculptorem, opus perficiendum conduxisse, permisisse autem ministro et servo, quorum opera usus erat, nominis inscribendi honorem. utinam veritatem tanto opere Graeci Italique artifices amassent: minus incerta esset tot pulcherrimorum operum origo. nunc quod omnes fecerunt unus confessus est, negotiumque nobis facessivit simplicitas. aliorum opinionibus refellendis hic quoque supersedeo.

IGA 370 vetusta ac rudis inscriptio est in saxo rudi Olympico. Eleam originem et litteratura et ψίλωσις non flagitat quidem sed suadet ut credamus.

Βύβον *τετέρει* *χερὶ ὑπὲρ κεφαλᾶμ ὑπερεβάλετο ὁ Φόλα*. ultima elementa non plane certa sunt, nec litigo de nomine, modo concedatur patris nomen ibi fuisse. porro simplicissimum est et rei maxime conveniens medium genus verbi. nam supra caput suum *Bybo* eum lapidem iaculatus est cui vere ingentis facinoris memoriam incidit. deesse videtur obiectum, quod aut *τόνδε* aut aptius *με* esse debebat. non deest: nam *κεφαλᾶμ (μ') ὑπερεβάλετο* legendum esse assimilatio litterae nasalis manifesto docet. restat *τετέρει*, ubi *τάτῆραι* aut adeo *τάτῆραι* ut inter Eleos expectamus, quamquam pro huius linguae inconstantia *ἐτερος* facile toleramus. terminationem certo non possum explicare, nam quid hic sibi velit locativus, quales apud Dorenses multarum regionum multos *πεῖ ἄλλει ἑκατέρω διπλεῖ*, hunc etiam apud Locros, et adverbiorum loco *πανδημῆι πανομιλῆι ἀμαχεί* sescenta alia novimus, non audeo definire. sed neque sola neque maxima hac cruce nos vexat Eleus sermo.

In carminibus tractandis Roehlius sane infeliciter versatus est; mitto supplementa pleraque; quam non calleat horum poetarum consuetudinem, vide hos versus Erythraeae mulieris 495 . . . *ι τόδε σῆμα μήτηρ ἐπέθηκε θανόντι: Φανοκρίτη παιδί χαριζομένη*. adnotat Phanocritam fere voluisse *τόδε σῆμα ἐπέθηκε θανόντι Φανοκρίτη μήτηρ π. χ.* quid magis perspicuum quam mulieri parum doctae tale exemplum ante oculos fuisse *Καλλιμάχῳ τόδε σῆμα πατὴρ ἐπέθηκε θανόντι Κάλλον τηλυγέτω παιδί χαριζόμενος*. 384 non tolerat hexametrum pede breviorum. dabo exemplum quod Kaibelius praetervidit: stilo scriptum est in vasculo Attico saeculi sexti, quod in Cypri insula inventum editum est *Ἐφήμ. ἀρχ. περ. Π πίν. θ 6*, litteris laesis quidem sed minime ambiguis *ἡερματός με εἶρε κειμέλιον ἄλον*. quod pronuntiandum est *ἡῦρεγ κ.* ut perscriberetur non erat necesse. Haliartium heroum 149 et vere et ingeniose restituit Roehlius *Καλλία Αἰγι(θ)θοῖο τὴ δ' εὐ πρᾶσο(σ', ὦ) παραδῶτα*. sed quod viatoris et mortui colloquium commentus est, aetatem horum lusu nihil curavit. loquitur monumentum, se esse Calliae Aegisthi f., valeant praetereuntes. uterque genetivus a Boeotorum sermone abhorret, redduntque Pindari potius quam Homeri usum: sed id libenter discimus nec profecto miramur. Aegisthi nomen redit 153 *Ἀεσχρόνδας Αἰγι[θω] Διονύσοε*, ubi nescio cur Roehlius haesitaverit. veteris Thessalici carminis lectionem omnino instaurandam esse apparuit, ex quo Lollingii sollertia confirmatum est et a dextra nihil periisse et litteras *στοιχηδόν* esse incisas; vide quam ille dedit imaginem *Mittel.* VII 221. cum igitur de ultimo versu supplendo dubitatio nulla sit, quot cuiusque versus in capite perierint litterae, colligi potest. itaque lego

*μῶμα εἰδ' ἅ μάτερ Διοκλέαι ἔσσασ' Ἐχεναῖς
πολλὰ γοῶσα, ὅτ' ἀνόρος ὄλετο ὃν ἀγαθός.
αἰατ' Διοκλέα τεὸς ἀδελφεὸς ἔσσα (π)έλο.
πᾶς δὲ κ|ατοικίρας ἄνδρα ἀγαθὸν παρτίο.*

versu primo *μῶμα* fuit, non *σᾶμα*, nec mirum Thessalos eadem voce usos esse atque Aeolenses et Boeotos. convenit epigramma nuper a Kirchhoffio editum (*Herm.* 20, 158) *μῶμ' ἐμὶ Πυριάδα (h)ὸς οὐκ ἐπίσιαιο φεύγεν* (praestatne *μῶμ' ἐ(π)ὶ Πυριάδαε* more Boeotico? heta apud Thessalos ego certe conicere non auderem.) alterum versum Lollingius recte legit, nisi quod

πολλά (sive λυγρά mavis) supplere neglexit; ἀνώρως ab Atheniensium ἀήωρος abhorret, sed Ionum ἀνώρος ne Herodoti quidem codices penitus obliterarunt; idem in Gortyniorum XII tabulis est. quippe Iones et Cretenses beta abiecerunt, nec multum aliter fecisse Thessalos probabile. versu tertio vocativus Διοκλέα tantum non integer superest, τεός autem aut seriba dedit, cum poeta Homericum σός posuisset, quippe qui vel recens ὦν admitteret, aut per eam correptionem excusatur, quam in Praxillae versu notavit Hephaestio 22. exitum versus coniectura restitui, qua ne Lollingius quidem de fide sua detrabi queretur: γ in π mutavi. πηλῶ Attico τηλοῦ respondet; π legitimum, cum Sappho πῆλυ habeat. αἰαῖ exempli gratia addidi, cum sententia nihil omnino requirat. dicit enim poeta, monumentum erexit Diocli Echenais mater, cum praematuram mortem vir fortis ille obisset, frater autem eius (ad quem cura potius pertinebat) non adesset. utrum morienti fratri an sepeliendo defuerit iste, non dicitur, ac possis suspicari, non nihil alteri filio suscensuisse Echenaidem. quae versuum pedes numerare sciebat, σπονδειάζοντα composuit non peiorem quam Apollo Ἀρκαδίην μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς οὔ τοι δώσω, decepti et deus et mulier Homericis quae videbantur exemplis δῆμον φήμις, ἧῶ δῖαν. at pentametrum caesura carentem, nisi fallor, sine exemplo admisit. πηλῶ, sive πηλοῦ mavis, ad linguarum affinitatem non levis momenti est. consimile nuper didicimus, πείσαι placuisse Cyprii et Thessalis, cum Iones et Dorenses τεῖσαι dicerent. idem igitur fecisse Lesbios expectamus. desunt aut me fugiunt exempla in ipsis eorum monumentis: tamen rem aliunde confirmare licet. cum Achilles Methymnam obsideret, regia virgo, Lepetymni (mons est Lesbi Lepetymnus) et Methymnae filia, amore hostis perdita patriam prodidit, sed poenas statim dedit proditionis lapidibus ab Argivis obruta. altera haec Tarpeia Πεισιδίχη vocabatur: at hercle δίκην οὐκ ἔπεισεν ἀλλ' εἰσεσεν. fabulam narrat carmen incerti poetae apud Parthenium erot. 21. multo tamen antiquiore tempore Aeolenses hanc quoque fabulam una cum Achille in oram Troicam transtulerant, narraveratque de Pedaso eandem Hesiodo teste usus Demetrius Scepsius. cf. schol. Vict. Z 35, Scepsium Gaedii p. 34, Homericæ mea 411. nec Thessalici πείσαι nullum in fabulis vestigium. Pherecydes Ixionis patrem Πεισίωνα appellavit (schol. Pind. Pyth. 2, 40), Sisyphi et Salmonei soror Πεισιδίχη est in bibliotheca Apollodori I 7, 3; recurritque hoc nomen in eadem stirpe saepius. quod inter Nelei quidem gentiles ut alia similia e Pisistrato Homericō progerminavit, sed cum illis heroibus qui aeternas scelerum poenas luunt coniunctum a poena utique repetendum est. inter lapides Thessalicos primum lectum est Phalannae in copioso sed nimis mutilato decreto de area sacra Plutonis et Proserpinae aedificiis privatis occupanda (Mitteil. VIII 107), a Fickio docte et sagaciter tractato, quem ne hoc quidem fugit. quamquam fortasse praestant quae ego supplenda conieceram inde a v. 26 τὸ μαλοῖπ[δ]ν οἰχοδομήματα[α μεί] . . . νε . . . εν, αἱ [μ]ά κέ κίς κατασπάσει [κι οἰκοδομ]ε[ι]μ[α] ἀ[π]πεισάτου τοῦ θεοῦ τὸ τίμα[μα]. [καί] μέλ[ει]μα γενέσθαι [τοῖς ταγοῖς τ]οῖς περ φιλόλογον Εὐμέ[νειον οὐς κε τ]όνε τὸ φράσιμα etc. v. 23 certo est — τοῖ ἐποικίλοι ἀπίτον λαβοῖν τὸ — 13. 14 [μεσφ]οδί οὔσαι (ubi συμφαν[ές ἐστι δέ]κι δ[αμοσ]ία (?) χούρα ἐστί. portentum autem quod bis

legitur in his 7 — οἱ πλείονες τῶν πολιτῶν — ἐν τῷ τοῦ Πλούτωνος καὶ [τῆς Φερσεφόνας [χ]οῦρα τῷ δέιμε[νε ἐπ' Ἀσκλ]απιῶν καὶ δέιμενε ἐπὶ χο[ύραν — — non potest non adverbium esse quod regionem indicet, componendum fortasse cum δεῦτε, δεῦρο, praepositione postposita δε, quamquam haec omnia pariter mirifica sunt; ultima syllaba in δέιμενε eadem est atque in τόνε. ἀππεισάτων ut teneam efficit potissimum sacra lex quarto saeculo pulcherrime scripta, *Eg. ἀρχ.* 1884, 224 νόμος· αἱ κε τῶν ρασίων κίς ραλίσσκετα[ι] κοινὰ χ[ρ]έματα ἐ[χ]ον καὶ μ[ε] δύναιτα[ι] ἀππει[ίσα]ι τοῖς . . . quanto magis Graeca haec videntur quam illa plus centum annis recentiora. nimirum Iasonis Pheraei aetate penestae serviebant, quorum inculta lingua eversis demum genuinorum Thessalorum rebus acta publica occupavit. ne tamen plane barbari hi fuisse videantur, elegantissimum adscribo epigramma, a Lollingio linguae Thessalicae sospitatore editum *Mitteil.* VIII 23

οὐχ ἄμιν πλούτιο τόσα χάρις, ὅσον ὁ σίμπας

αἰῶν ἀμετέραν εἴσειαι εἰσεβίαν,

αἱ τῷ χαρ[εῖ]ς ὁσίως, Κερδῶις, Δημοκρατείων

ἀνθεμ[α] Ἀ[ν]θ[η]μ[α]χ[ω] δέξο καὶ Εἰκράτιδα.

numeri, verborum lectio collocatioque, brachylogia in usu pronominis (sermo enim ὅσον διότι diceret) ipso Callimacho digna, doridem puram temperat patronymicum Thessalicum. Democratis filii sub Dosone aut Philippo fuerint.

Sermo Graecorum quas vices subierit tribus illis saeculis quae inter Aristotelem et Dionysium Halicarnassensem interiacent, quorum copiosus sed unus testis extat Polybius, e titulis demum et e parte papyris poterit enucleari, sicuti eisdem orthographiam debemus paene totam. atque laudabile opus quod de syntaxi Graeca condi nuper Schanzii consilio coeptum est, non attinget propositum, nisi ad lapides potissimum cura admovebitur, nec quae obstinata diligentia exempla coacervet nihil probantia, nec quae, ut diei placeat ineptiis, per centesimas subducat frequentiae rationes, ut scilicet patefiat quibus legibus fors et casus se obstrinxerint, sed cura iudicio et multo lapidum usu bene temperata. sed quid? nonne iam Franciscus Krebsius (*die präpositionsadverbien in der späteren historischen Graecität Monachii* 1885) in calce libelli se titulis Graecis studium impendisse proclamavit? lectores, meum hoc commentariolum horridum lectu esse scio, nec sine taedio quodam scribitur. pigetque siccitatis me scholasticae. cave praetereamus ridendi occasionem sanctitatemque simplicitatis, quae per profundissimae ignorantiae abyssum secunda ambulat, aegidum admiremur. *die inschriften bieten eine reiche ausbeute an praepositionalen ausdrücken, besonders aber die jüngeren inschriften sind wahre fundgruben hiervon und sind vor allem reich an stehenden wendungen, die mit ἔνεκα gebildet sind.* quae ea sunt quae ex thesauris illis prompsit? viginti septem ἔνεκα, duo ἐπὶ a Dittenbergero restituta (tertium ab illo ad CIA III 903 adlatum omisit), pauca χάριν. et qui illi thesauri sunt? CIG III adfert, a Dittenbergero editum. re vera CIA IIIa solum adiit, reliqua omnia per elegantem praeteritionis figuram quam attuli sibi ignota esse dissimulans. postremo hanc margaritam, ex indice credo alterius voluminis Dittenbergeriani, profert: *noch mag des gebrauches von παρ᾽ ἐξ gedacht werden* CIG III 3509 (lapis Christianus est saec. IV/V et in

ecclesiasticis litteris *παρέξ* frequens esse scit quicumque laborat scire); *auffällig ist dass hier der accent auf der letzten silbe steht, vgl. jedoch παρέξ in der atticischnen sprache.* vox faucibus haeret.

Ad seria redeamus. nonne operae pretium est Eumenis et Attali II Pergamenorum epistulas Pessinunte circa medium saeculum II lapidi incisas etiam in orthographicis syntacticis rhetoricis examinare, postquam Domascewskius recensionem earum absolvit (*Archaeol. epigr. Mitt. Oestr.* 1884, 95)? Cratetis et Aristarchi aequales scribunt *δύνη δυνηθῆς πράσσης*, semel *ἐν ἡ Attalus*, Eumeues *ἐν ἡ τῆι*, idem semel perperam *πραξικοπήσαι*. sed *α* et *ω* longas iota suo numquam privant. Attalus plebeia plura admittit, *ἐφουβία*, *ἔσχοσαν*, *πεπραχότας*, *ὀλίοι*, perfectis plusquamperfectisque ultra modum Atticum delectatur; regnat genitivus absolutus tam late, ut Eumenes audeat *ἑροῦ τοῦ χωρίου ὄντος ληπιέον ἐσὶ πάντως*. vocabulorum usus in multis corruptus, *θεωρεῖν* pro simplici *ὄραν* vel *ἐρίσκειν*; *περὶ τῶν κατὰ τὸν ἀδελφόν σου γεγραμμένων*, ubi *κατὰ* insolenter positum est, ne bis *περὶ* molestum fieret, *ὑπεραγόντως πολλοί* fortasse adhuc sine exemplo. tamen elegantiae cuidem studuisse Attalum et rotundi monstrant verborum circuitus, et elidendarum vocalium brevium cura, et maxime quod *ἄνευ κείνων* bis dixit, hiatus vitandi gratia, quem in *ἄνευ ἐαντῶν* tamen ferre maluit quam *χωρίς* admittere. contra C 16 *ἐπιστραφήσεθ' ἐκείνους* scripsit item propter hiatum: nam *ἐπιστραφήσεθε κείνους* non dedisset Domascewskius, si ea quae Blassius nuper de *αι* et *ε* exposuit respexisset. neque debebat Frankelio sponsore vitium *εὐθῖα*, aut Hartelio sponsore soloccismum *εἰκὸς γὰρ ὅτι οὐ μὴ δυνηθῆς*, aut ipse datismum *παρακαλεῖσθαι* erudito regi imputare. quibus emendatis nescio an ultimam epistulam restituere liceat, haud perspicuam, cum Attalus quid vellet occulendum duxerit, timens ne epistula interciperetur. venerat e 'superioribus regionibus' legatus ad Attalum cum litteris et ad regem et ad Attin Matris sacerdotem, amicitiam oblaturus, legatio ut mitteretur rogaturus, dona polliciturus. quem Attalus ad Attin mittit, certiorumque hunc facit. quid faciendum sit. epistulam illorum se solvisse iterumque solito sibi more obsignavisse, cum legati monuissent, Attin fortasse solvere nescire ligationem artificio nescio quo tabellis circumdatam. hodie diceres clavim clauastro convenientem regi fuisse, defuisse sacerdoti. porro iubetur Attis legationem quam illi requisiverant mittere, legatum eorum arecessere, interrogare, mittere cum eo qui dona accipiant promissa (ingrata fortasse, sed quae recusare imprudens esset), et quo animo isti homines re vera sint, certius explorent. hanc epistulam describo, significatis tantum meis supplementis: *τὰ δὲ γράμματα λύσας καὶ σημηνάμενος πάλιν ἀπέσταλκά σοι· εἴ[πον] γὰρ ὅτι, ἐάν ὁμοίως ἀναπέμψω, οὐ μὴ δυνηθῆς αὐτὰ λῦσαι. σὺ καὶ προσδέχου δὴ αὐτὰ καὶ πέμψ' οὓς βούλη καθ' ἃ παρακαλοῦ[σιν], ὡς ἡμῶν εἰδότην, ὅτι ἄπερ ἂν πράσσης ἐπὶ τῷ συμφέρονι τῷ ἡμετέρῳ ποιήσεις. καὶ τὸν ἐνηνοχότα δὲ τὰ γράμματα, ἐπεὶ βούλει σοι συμμεῖξαι, μεταπέμψαι πάντως. χρήσιμον γὰρ ἐσσι πρὸς τ' ἄλλα καὶ ἀκοῦσαι παρ' αἰτιῶ ἃ φησι θέλειν εἰπεῖν σοι, καὶ συμπεμφθῆναί τινα αἰτιῶν παρὰ σοῦ εἰς τοὺς ἄνω τόπους, τὸν τὰ τε διδόμενα ληψόμενον· [ἀμα]θῖα γὰρ ἀποκρίβεσθαι· καὶ τὴν τῶν ἐκεῖ γνώμην ἀναγγελοῦνθ' ἡμῖν ἐπιμε[λέστερον].* in lapide C integra omnia servata praeter

primum versum, ubi εὖ, quod sententiam pervertit, e Domascewskii supplemento eximendum est: εἰ ἔρρωσαι, εὖ ἔχοι] ἂν ὡς ἐγὼ βούλομαι, et ultimos sic fere scribendos ἐκρινον οὐκ εἰς μὲν τὴν Ῥώμην ἀεὶ πέμπειν τοὺς συνεχῶς ἀναγγελοῦν[τας τὰ δις]τ[α]ζόμενα, αὐτοὺς δὲ παρασκευάζεσθαι[ι ἡμᾶς ἐπιμελῶς, ὡς εἰ δέοι βοηθήσ|ονίας ἐαντιο|τς.

Aegre me contineo, tanta dicendi de lapidibus tamque varia est materia, sed subsistendum tandem. ecce adferuntur XII tabulae Gortyniae editae et enarratae a Buechelero et Zitelmanno: parum gratum esset, si stipem ad amplissimum hunc, quo opes nostrae proximo anno auctae sunt, thesaurum conferre nollem. II 16 αἱ κα τὰν ἐλευθέραν ἐπιπέρεται οἶπεν ἀκείοντος κα- δεσιᾶ, δέκα σιατέρανς καταστασεῖ, αἱ ἀποπονίοι μαῖτως. praeclare Buechelerus ἀκείοντος adgnovit, sed quantum editores in explicanda hac lege se torserint, Zitelmannus p. 107 ostendit. intellegunt enim ἐπιφέρεσθαι οἶπην, si quis ad stuprum sibi deferendam curaverit mulierem liberam, dum audit cognatus. neque quid ille audiat, neque cur puero libero lex non prospiciat, planum est, poena, decima pars eius, quae stupro per vim illato fixa est, iusto minor est. nihili ἐπιπηρῆται, ἐπιπειρᾶται. intellegendum videtur. decem nummis multatur is a quo mulierem liberam in honestis compellationibus lacessitam esse cognatus audiverit. cognati testimonium requiritur, ut et ab huius ultione privata defendatur reus, et ne Phaedris et Stheneboeis aut adeo ancillis quaevis calumnia permittatur. pueri non possunt commemorari inter Cretenses, quibus ἐρασιῇ χαρίζεσθαι honestum est. πειρᾶν et πειρᾶσθαι promiscue usurpantur v. c. a Thucydide, et in hac re significanda solemnia sunt. unam ac parvam vocem rectius me intellexisse spero, de pluribus dubito; quae si proferrem, vituperandi cupiditate vix dicerer abripi, sed προκυλεγμὸν facile quispiam mihi exprobraret. nam profitendum mihi est, summo praeconio virtutem duum virum Bonnensium mihi videri dignam, qui eoniunxerint vires ut exemplo suo docerent, parum effici singulorum hominum, immo singularum disciplinarum opera: qui bis dederint, cum cito darent; aliorum invidiae placet incumbere thesauris: qui editionem talem dederint, qualis tantae gravitatis titulo Graeco nulli, inter latinis rebus gestis D. Augusti obtigit. utinam exemplum quod ipsa transcribendi interpungendi vertendi ratione Buechelerus proposuit inventurum sit multos qui imitentur, qui superet ne futurus sit, non vereor. profecto si comparamus quantis quot hominum quot nationum quot saeculorum laboribus opus fuerit, ut Ancyranum monumentum recuperaretur, est quod in his Gortyniorum legibus nobis gratulemur. nec Terra mater, cum viderit pignora sua tam sedulis manibus excipi quales Ernesti Fabricii fuerunt, nutricesque invenire ipsa Pandroso magis religiosas atque prudentes, nova miracula visceribus suis emittere cessabit, et in dies magis magisque incorrupta rerum Graecarum cognitio instaurabitur.

Dabam Gottingae Id. Iul.

I. SCHOLAE ORDINIS THEOLOGORUM.

a. Professorum ordinariorum.

AUGUSTUS WIESINGER, Dr., publice *Seminarii Regii catechetici* exercitationes die Merc. h. II—III, *exegetici*, in quo selectos Nov. Test. locos explicandos proponet, die Mart. h. VI—VIII moderabitur. Privatim *priora tria Evangelia* quinis dd. h. IX—X interpretabitur et *Theoriam Novi Test.* quaternis dd. h. XI—XII tradet.

JULIUS WAGENMANN, Dr., privatim *Historiae ecclesiasticae Partem I.* leget senis scholis hora VIII; *Historiam ecclesiae et theologiae saeculi XIX* trinis scholis enarrabit hora V; *Societatem theologiam historicam* moderari perget die Veneris hora VI.

ALBERTUS RITSCHL, Dr., privatim *Pauli epistolam ad Romanos datam* interpretabitur quinquies h. IX., *Ethicen theologiam* proponet quinquies h. X. Praeterea *Seminarii theologici exercitationes systematicas* moderabitur die Veneris h. VI.

HERMANN. FERDINAND. REUTER, Dr., privatim, *Historiam ecclesiasticam* medii aevi quinquies h. VIII die Saturni h. IX. enarrabit. *Theologiam symbolicam comparativam* quinquies h. XI exponet. In *Seminario Regio exercitationes ad historiam ecclesiasticam pertinentes* moderabitur die Mercurii h. VI.

HERMANNUS SCHULTZ, Dr., privatim *librum prophetae Iesaïae* interpretabitur quinquies hora XI; *theologiae dogmaticae* partem priorem quinquies h. XII exponet; publice *Seminarii Regii homiletici exercitationes* sueto more instituet.

KAROLUS KNOKE, Dr., privatim *Theologiae practicae systema* quinis scholis h. XII tradet; de *Vita, scriptis et doctrina Pauli apostoli* binis scholis h. III disseret; publice *Exercitationes Seminarii Regii homiletici et liturgici* die Sat. h. IX—XII, *catechetici* h. II moderabitur.

b. Professorum extraordinariorum.

GEORG. CONR. AMADEUS LÜNEMANN, Dr., *Pauli ad Corinthios epistolas* interpretabitur quinis per hebd. diebus h. IX—X.

BERNH. DUHM, Lic. theol., *librum Geneseos* interpretabitur quinquies h. X; *Introductionem in Vetus Testamentum* tradet quater h. IV.

c. *Privatim docentis.*

GIJL. BORNEMANN, Lic. theol., privatim *historiam dogmatum* senis diebus hora XII enarrabit; publice *historiam canonis novi testamenti* die Mercurii hora III—IV enarrabit; privatissime exercitationes ad *patrologiam* pertinentes moderabitur.

II. SCHOLAE ORDINIS IURISCONSULTORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

RUDOLPHUS DE JHERING, Dr., *Jus romanum, quod attinet ad res*, tradet quater p. hebd. h. XII—I.

RICHARDUS WILHELMUS DOVE, Dr., privatim *Jus ecclesiasticum et Evangelicorum et Catholicorum cum matrimoniali* sexies per hebd. h. VIII—IX tractabit; *Jus publicum Germanicum* quinques per hebd. h. IX—X docebit.

CAROLUS ED. ZIEBARTH, Dr., docebit *Processum criminalem* quinques per hebd. h. XI; *Jus agrarium* dieb. Martis Iovis Veneris h. III.

FERDIN. FRENSDORFF, Dr., *Jus privatum Germaniae* quinques p. hebd. h. XI; *Jus quo civitates Germaniae administrantur* dieb. Martis, Jovis et Veneris h. XII tradet.

RICHARD. ED. JOHN, Dr., *Jus criminale* tradet quinques per hebd. h. IX; *Exercitationes practicas ad processum civilem spectantes* moderabitur die Martis h. IV—VI.

C. LUDOV. DE BAR, Dr., *Processum civilem* tradet quinques p. hebd. h. X; *Exercitationes juris criminalis* instituet die Veneris h. IV—VI; *Jus gentium* docebit diebus Mercurii et Saturni h. XII.

FERD. REGELSBERGER, Dr., *Juris pandectarum* part. I. *excepto jure quod ad res attinet novies* per hebd. docebit, quotidie h. X—XI et dieb. Martis Iovis Saturni h. XI—XII; *Historiam iuris Romani* ter per hebd. exponet, dieb. Lunae, Mercurii, Veneris h. XI—XII; *Collegium quod vocant civile practicum* bis per hebd. die Iovis h. IV—VI instituet.

RICHARDUS SCHROEDER, Dr., *Historiam juris Germanici*, quinques h. IX; *Jus mercaturae cum iure maritimo et cambiali*, quinques h. III; *Exercitationes practicas in iure mercaturae*, semel die Mercurii h. IV—VI.

JOANNES MERKEL, Dr., *Institutiones juris Romani* quinques per hebd. docebit diebus Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X—XI; *Pandectarum* alteram partem tradet quater per hebd. diebus Lun. Mart. Iov. Ven. h. IX—X; *Principia iuris Romani de ordine iudiciorum privatorum* exponet bis p. hebd. die Merc. et Sat. h. XII—I; *Exercitationes exegeticas in Digestis* moderabitur bis p. hebd. die Lun. h. IV—VI.

b. *Professoris extraordinarii.*

CAROL. GUIL. WOLFF, Dr., *Ius romanum de hereditatibus* quinis p. hebdom. lectionibus h. III—IV docebit.

III. SCHOLAE ORDINIS MEDICORUM.

a. *Professorum ordinariorum.*

G. MEISSNER, Dr., *Physiologiae experimentalis partem alteram* (systematis nervosi atque organorum sensus physiologiam) tradet h. X quotidie. *Exercitationes practicas* in instituto physiologico moderabitur quotidie horis commodis.

HERM. SCHWARTZ, Dr., privatim *Scholas clinicas gynaecologicas* moderari perget diebus Lun., Mart., Iov. et Vener. h. VIII; publice et gratis *Puerperii pathologiam* docebit semel per hebdom. hor. commod.

LUDOV. MEYER, Dr., *scholam clinicam psychiatricam* more solito habere perget dieb. Lun. et Iovis hh. IV—VI; *de psychiatria forensi* disseret hor. duab. commodis.

TH. LEBER, Dr., privatim *Exercitationes ophthalmiatricas clinicas* habebit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XII—I.

GUILELM. EBSTEIN, Dr., privatim *Scholas clinicas et policlinicas medicas* moderari perget quinque diebus h. X¹/₂—XII et die Saturni h. IX¹/₄—X³/₄; *Pathologiae et Therapiae specialis* partem dimidiam tractabit die Lunae Martis Iovis Veneris h. IV—V.

GUILELMUS MARMÉ, Dr., privatim *Pharmacologiam experimentis illustratam nec non formulas medicas rite concinnandi* iunctis exercitationibus practicis h. VI dieb. Lunae, Martis et Veneris docebit; *Toxicologiae practicae* partem secundam eruditoribus medicinae studiosis bis p. h. h. II dieb. Lunae et Iovis tradet; *Pharmacognosiam* quater per hebdom. h. VIII dieb. Lunae, Martis, Mercurii et Iovis tractabit; *Exercitationes microscopicas pharmacognosticas* studiosis pharmaciae eruditoribus die Saturni h. IX—XI et XI—I offert; publice *Adulterationes nutrimentorum toxicas* semel p. h. die Iovis h. VI exponet; *Disquisitiones pharmacologicas et toxicologicas* in instituto pharmacologico quotidie moderari perget.

FRANCISCUS KÖNIG, Dr., *Exercitationes practicas in clinico chirurgico* moderabitur quotidie h. IX¹/₂—X³/₄; *Chirurgiae speciales* partem I. quaternis diebus horis definiendis docebit; publice *examinatorium in chirurgia* habebit semel p. h.

J. ORTH, Dr., publice *Aetiologiam generalem* tractabit semel d. Iovis h. VI—VII; privatim *Pathologiam generalem* docebit quat. dieb. Mart. Merc. Iov. Ven. h. XII—I; privatissime *Demonstrationes patholog. anatom.* habebit dieb. Merc. et Sat. h. II—IV; *Exercitationes histolog. patholog. practicas* dieb. Mart. et Ven. h. VI—VIII moderabitur.

C. FLUEGGE, Dr., *Hygienen experimentis illustratam* dd. Martis, Mercur., Ven. h. V—VI docebit; *Praxin chemicam physiologicam* moderabitur sexies per hebdom.; *Exercitationes practicas* habebit in laboratorio hygienico quotidie horis definiendis.

FR. MERKEL, Dr., privatim *Osteologiam et Syndesmologiam* diebus Lunae, Mercurii, Saturni h. XI—XII; *Anatomiae c. h. partem priorem* quotidie h. XII—I; *Anatomiam topographicam* diebus Martis, Iovis, Veneris h. II—III; *Artem cadavera secandi* una cum prosectore Dr. Schiefferdecker quotidie h. X—XI tradet.

b. Professorum extraordinariorum.

E. F. G. HERBST, Dr., *Physiologiam generalem et specialem*, experimentis et demonstrationibus microscopicis illustratam, sexies per hebd. h. X—XI tradet.

GUIL. KRAUSE, Dr., tradet *Histologiam specialem* horis postea indicandis privatim; publice *Histologiam generalem* die Jovis h. II vel alia hora commoda; *Exercitationes microscopicas* consueto more continuabit.

C. F. LOHMEYER, Dr., *Chirurgiam specialem* quinquies p. hebd. hora VIII—IX leget.

THEODORUS HUSEMANN, Dr., privatim *Pharmacologiam universam* quinquies per hebdomadem h. II—III docebit. Publice *de venenis regni animalis* die Lunae h. III—IV disseret.

J. ROSENBACH, Dr., privatim *Doctrinam operationum chirurg.*; *Exercitationes diagnost. chirurg.*; *Repetitorium chirurgiae specialis*; publice *Exercitationes policlin. chirurg. alternans* cum Prof. KÖNIG.

R. DEUTSCHMANN, Dr., *Exercitationes ophthalmoscopicas*, bis per hebd. diebus Mercur. et Saturn. hor. XII—I habebit.

O. DAMSCH, Dr., privatim: *De methodis disquisitionis clinicae physicae*, tradet dieb. Lun., Merc., Iov. h. V—VI. *Electrotherapiam* cum demonstration. et exercitationibus, diebus Lun. et Iovis h. VI—VII. *Exercitationes laryngoscopicas* habebit die Saturni h. XII—I. *Uroscopiam* cum exercitationibus, die Mercurii h. IV—V; publice *colloquia policlinica* sueto more habebit.

KURD BÜRKNER, Dr., *Doctrinam de morbis aurium* adjunctis exercitationibus practicis tradet bis per hebd. dieb. Martis et Veneris hora II—III; *Exercitationes otiatricas policlinicas* eruditiorum moderabitur bis per hebd. diebus definiendis hora XII—I; publice *de surditate* disseret hora commoda.

c. Privatim docentium.

R. WIESE, Dr., tradet quater per hebdomadem *auscultationem et percussionem adjunctis exercitationibus practicis*.

P. SCHIEFFERDECKER, Dr., *Exercitationes habebit microscopicas* in quibus tradet a) *anatomiam generalem* quater per hebd. priv.; b) *anatomiam microscopica spec.* quater per hebd. priv.

FELIX DROYSEN, Dr., privatim *Tocologiam* docebit diebus Lunae, Mart., Iov., Vener. h. III—IV; *Operationes obstetricias* privatim demonstrabit h. VIII—IX diebus Mercurii et Saturni.

GUILIELMUS MÜLLER, Dr., *de luxationibus et fracturis* disseret bis per hebdomadem hora IV—V diebus Mercurii et Saturni; *exercitationes in vinculis applicandis* habebit bis per hebdom. hor. defm.; *de instrumentis chirurgicis* disseret semel per hebdom. publice.

IV. SCHOLAE ORDINIS PHILOSOPHORUM.

a. Professorum ordinariorum.

GUILIELMUS WEBER, Dr., scholas non habebit.

G. HANSEN, Dr., adversa valetudine impeditus lectiones non habebit.

ERNESTUS LUDOVICUS DE LEUTSCH, Dr., *Aristophanis Ranas* interpretabitur, p. hebd. d. Mercurii et Saturni h. XII—I.

ERNESTUS BERTHEAU, Dr., *Psalms* interpretabitur quinis p. hebd. scholis h. X—XI; publice *linguam Syriacam* docebit diebus Mart. et Ven. h. II—III; Seminarii regii theologici sodalibus *Vet. Test. locos interpretandos* proponet die Lunae h. VI—VIII.

HENR. FERD. WÜSTENFELD, Dr., *Elementa linguae arabicae* docebit privatissime.

FRIDERICUS WIESELER, Dr., publice *Sodalibus, seminarii Regii archaeologici selecta artium opera* explicanda proponet, d. Saturni h. XII—I; *Artium opera ad Bacchum ejusque cultum spectantia* interpretabitur d. Mercurii h. XII—I; privatim *Historiam religionum Graccarum* tradet et *symbola deorum* explicabit ternis scholis h. II—III; privatissime *de commentationibus a sodalibus seminarii arch. scriptis* iudicabit.

GUIL. MÜLLER, Dr., praemissa introductione de *fabulis Germanorum heroicis carmen de Nibelungis* explicabit quaternis scholis h. III; *Societatis theotiscaae* studia moderari perget d. Mart. h. VI.

HERMANNUS SAUPPE, Dr., publice sodalibus Regii seminarii philologici *Ciceronis oratorem* explicandum proponet, dd. Martis et Veneris, h. XI—XII, et disputationes de commentationibus eorum cum U. DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF collega reget, die Mercurii h. XI—XII; *exercitationes* Regii seminarii *paedagogici* moderabitur, dd. Lunae et Iovis, h. XI—XII. — Privatim *Hermeneuticen et criticen* tradet dd. Lunae Martis Iovis Veneris h. IX—X; *Horatii carminu selecta* interpretabitur eisdem diebus, h. IV—V.

FRID. GRIEPENKERL, Dr., quater per hebd. dd. Lun., Mart., Iov. et Ven. h. V—VI *Doctrinam de re pecuaria*; publice bis per hebd. d. Merc. h. V—VII *Doctrinam de animalium domesticorum varietatibus*; bis per hebd. dd. Iov. et Ven. h. XI—XII *agriculturae systemata* tradet. *Excursiones ad theoriam illustrandam spectantes* instituet.

ERNESTUS SCHERING, Dr., *Introductionem in Mechanicam analyticam* docebit quater per hebd. dd. Lunae, Martis, Mercurii, Veneris h. IV—V. — *Theoriam functionum Ellipticarum atque introductionem in theoriam functionum ABELIANARUM* tractabit quater per hebd. dd. Lunae, Martis, Mercurii, Veneris h. VI—VII. — In Seminario mathematico-physico publice *Exercitationes mathematicas* die Lunae h. III—IV instituet. — Privatissime gratis *Observationes magneticas* in Observatorio GAUSSIANO die Iovis p. m. moderabitur.

PAULUS DE LAGARDE, Dr., privatim quinquies hora III *psalmos* interpretabitur; publice horis commodis *syriaca aut arabica legentibus* auxilio erit.

JULIUS BAUMANN, Dr., privatim *Logica* docebit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. X; *historiam philosophiae universam* tradet diebus Lunae, Martis, Mercurii, Iovis, Veneris h. V.

GUSTAVUS DRECHSLER, Dr., privatim *Agriculturam generalem* bis per hebd. docebit h. XII; *de opere rustico recte constituendo et administrando doctrinam* priv. tradet quater per hebd. h. XII; *Introductionem in Agriculturam* publice tradet hor. def.; *Exercitationes oeconomicas* instituet diebus Vener. et Sat. h. IX—I Mart. et Iov. h. VI—VII.

GUIL. HENNEBERG, Dr., privatim *Doctrinae de animalium domesticorum nutritione I.* partem tradet dieb. Lunae, Martis et Mercurii h. XI—XII.

ERNESTUS EHLERS, Dr., privatim *Embryologiam et anatomiam comparatam animalium* dieb. Lun., Mart., Merc., Iov., Vener. h. X—XI docebit; *de artibus moribusque animalium* diebb. Lun. et Mart. h. VI—VII disseret; *Cursum zootomicum* diebb. Mart. et Merc. h. XI—I instituet; *Exercitationes zoologicas* quotidie (excl. d. Sat.) sueto more moderari perget; publice *Societatem zoologicam* offert.

A. WILMANNUS, Dr., scholas non habebit.

HERMANNUS AMANDUS SCHWARZ, Dr., privatim *calculus integrale* adiunctis exercitationibus quinque p. h. scholis h. XI docebit; *functionum ellipticarum usum* exponet, quinquies p. h. hora IX. In Regio seminario mathematico-physico *exercitationes mathematicas* instituet, die Mercurii h. XII; *Colloquium mathematica* sueto more privatissime et gratis moderari perget.

CAROLUS KLEIN, Dr., privatim *Mineralogiam* tradet sexies per hebd. h. XI—XII. *Exercitationes mineralogicas* habebit publice die Veneris h. II—IV. Privatissime sed gratis *Exercitationes crystallographicas* instituet horis definiendis.

C. DILTHEY, Dr., privatim *Poesis graecae historiam* dramate excluso enarrabit usque ad Alexandri m. aetatem, diebus Lunae, Martis, Iovis, Mercurii h. XII; publice in Proseminario Regio philologico *Ovidii heroides* sodalibus proponet enarrandas et disputationibus praeerit diebus Mercurii et Saturni h. X.

CHR. AUG. VOLQUARDSSEN, Dr., privatim *historiam Graecam usque ad Periculis tempora* enarrabit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. VIII—IX; publice *exercitationes historicas* instituet die Martis h. VI—VII p. m.

HERMANNUS COMES DE SOLMS-LAUBACH, Dr., privatim de *Thalophytis* (Algis et Fungis) disseret diebus Martis et Iovis h. IV—V; publice *Palaeophytologiam* docebit die Saturni h. X—XII; privatissime *exercitationes microscopicas* eruditoribus offert horis definiendis.

HERMANNUS WAGNER, Dr., privatim *Geographiae generalis* partem primam docebit quater per hebd. h. XI—XII; publice *Historiam explorationis Africae* enarrabit semel p. h. die Merc. h. VI—VII; privatissime sed gratis *Exercitationes geographicas* moderabitur die Sat. h. X—XII.

A. DE KOENEN, Dr., *geologiam* quinque horis; *De nonnullis fossilium ordinibus* semel p. hebd. publice tradet; *Exercitationes determinandis fossilibus* habebit quotidie, privatissime et gratis.

G. E. MÜLLER, Dr., *psychologiam* tradet diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris hora IV—V; et in societate psychologica *problemata selecta psychologiae* gratis pertractabit, die Mercurii hora IV—V.

C. VOLLMÖLLER, Dr., privatim *Historiam litterarum francogallicarum s. XIII. XIV. XV* tractabit dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XII—I; publice *de vocalibus et consonis linguae Francogallicae* disseret d. Merc. h. XII; privatissime *exercitationes Seminarium Romanensis* moderabitur d. Merc. h. VI.

LUDOVICUS WEILAND, Dr., privatim *Historiam universalem juris publici gentium Germanicarum et Romanensium recentis aevi* explicabit diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IX—X; *Exercitationes historicas* moderabitur privatissime sed gratis die Veneris h. VI.

EDUARDUS RIECKE, Dr., *Physices experimentalis* partem alteram, doctrinam de magnetismo, electricitate, calore docebit h. V—VI diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris. In seminario mathematico-physico *physices tam experimentalis quam mathematicae* partes tractabit selectas die Lunae h. II—III. In laboratorio physico una cum W. VOIGT collega *exercitationes practicas* instituet sueto more diebus Mart., Iov., Ven. h. II—IV, die Sat. h. IX—I.

F. KIELHORN, Dr., Privatim *grammaticae Sanscritae* partem alteram tradet et *Panchatantram* interpretandum proponet diebus Lun., Merc., Sat. hora IX—X. Privatim *Scriptores intellectu difficiliore* interpretabitur diebus Merc., Sat. h. X—XI. Privatissime et gratis aut *Patanjalis Mahābhāshyam* aut *inscriptiones Indicas* interpretabitur bis per hebdom. horis commodis.

A. KLUCKHOHN, Dr., privatim *Historiam temporum, quibus res novae in Gallia a. 1789 emergentes Europae statum perturbaverunt*, quater h. IV tradet; publice *Exercitationes historicas* instituet die Mercurie h. VI—VIII.

E. STEINDORFF, Dr., privatim *scholas palaeographiae Graecae* moderabitur die Martis h. X—XII; *historiam regni Francorum praecipue res a regibus et imperatoribus Carolingicis gestas* enarrabit diebus Mercurii et Saturni h. XII; privatissime et gratis *exercitationes in arte critica ad diplomata regum et imperatorum Germaniae adhibenda* instituet die Iovis h. X—XII.

MAURITIUS HEYNE, Dr., privatim *de formis grammaticis nostrae linguae ex historicis rationibus* disseret quater p. hebd. hor. V; *artem metricam theodiscam* docebit bis p. hebd. hor. XII; privatissime et gratis *exercitationes theodiscas* moderari perget semel p. hebd.

V. DE WILAMOWITZ-MOELLENDORFF, Dr., publice in seminario philologico *Callimachi hymnos* interpretandos proponet dieb. Lun. et Iov. h. XI; privatim *Pindari carminu* interpretabitur quater h. X; *de grammaticis Graecorum Romanorumque litteris* disseret quater h. III.

WOLDEMARUS VOIGT, Dr., publice *Capita selecta physices mathematicae* tractabit in seminario physico-mathematico die Sat. h. X; privatim *Theoriam Galvanismi* docebit diebus Lun., Martis, Merc., Iov. et Vener. h. X; privatissime *Exercitationes practicas* instituet in Laboratorio physico una cum E. RIECKE collega diebus Mart., Iov., Ven. h. II—IV.

GUSTAVUS COHN, Dr., *theoriam oeconomiae politicae* quatuor per hebd. horis IV tradet privatim; *Doctrinam reddituum publicorum* docebit horis V quatuor per hebd. privatim; *Exercitationes seminarii politici* moderari perget privatissime et gratis diebus Lunae, h. VII post merid.

VICTOR MEYER, Dr., privatim h. IX—X sexies p. hebd. *Chemiam* tradet. Privatim h. IX—XII et II—V diebus Lun., Mart., Merc., Iov. et Ven. in laboratorio academico *Praxin chemicam* docebit.

b. *Professoris honorarii.*

AD. SOETBEER, Dr., privatissime et gratis *Exercitationes camerales* instituet horis definiendis.

c. *Professorum extraordinariorum.*

CAROLUS BOEDEKER, Dr., *Exercitationes chemicas practicas* (excl. d. Sat.) quotidie moderabitur. *Pharmaciam* tradet quinquies p. h. h. IX.

EDUARDUS KRÜGER, Dr., scholas non habebit.

L. DE USLAR, Dr., *Chemiam pharmaceuticam* tradet quater per hebd. h. III—IV; *Chemiam organicam* in usum medicinae studiosorum docebit quater per hebd. h. IX—X.

B. TOLLENS, Dr., *Chemiae applicationes technicas in usum agriculturae studiosorum* docebit diebus Lun., Mart., Mercur. h. X—XI. *Determinationes Sacchari specierum analyticas praecipue polarisatione utentes* exponet publice die Iovis h. VI—VII. *Exercitationes practicas in laboratorio chemico ad agriculturam destinato* una cum adiutore, Dr. BAUER quinquies per hebd. h. VIII—XII et II—IV moderabitur.

CAROLUS GOEDEKE, Dr., *de hist. lit. saeculi XVI. apud Germanos* disseret d. Lunae, hora V—VI, publice.

HUBERTUS JACOBUS ESSER, Dr., privatim h. IX—X quinquies per hebd. *Anatomiam et Physiologiam animalium domesticorum itcm Parvzootiologiam* docebit. Publice horis commodis *demonstrationes clinicas in nosocomio veterinario* habebit.

AUGUSTUS FICK, Dr., privatim *de dialecto et compositione carminum Hesiodcorum* disseret quaternis scholis dieb. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IX—X; publice *formationem verborum et nominum linguarum Indogermanicarum*, quae vocantur, docebit diebus Mercurii et Saturni h. IX—X; privatissime *studia societatis grammaticae* moderabitur bis per hebdomadem.

D. PEIPERS, Dr., privatim *historiam philosophiae* inde a Cartesio usque ad nostram aetatem tradet diebus Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. XI; publice *de Platonis philosophia* disseret die Mercurii hora XII.

JULIUS EDUARDUS REHNISCH, Dr., privatim quaternis diebus *Logicam* docebit h. X—XI; publice *Exercitationes philosophicas* offert hora definienda.

AUGUSTUS SCHMARSOW, Dr., *Artium in Urbe Roma historiam saec. XV—XVI* explicabit, dieb. Lunae, Martis, Merc. h. XII—I privatim. Publice *de Michelangeli vita et operibus* disseret die Iovis h. VI. Privatissime *Societatis sodalibus Francisci Albertini opusculum de Mirabilibus novae Urbis Romae* interpretandum proponet.

PAULUS HAUPT, Dr., scholas non habebit.

CAROLUS POLSTORFF, Dr., *Chemiae pharmaceuticae partem organicam* quater per hebdomadem diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris h. V—VI tradet; *Analysin chemicam forensem* bis per hebdomadem diebus Veneris et Saturni h. VIII—IX exponet.

PAULUS FALKENBERG, Dr., *de plantis archegoniatis et gymnospermis* privatim disseret dieb. Mart. et Iovis h. VI—VII. *Floram marinam* tractabit die Merc. h. VI—VII publice.

OTTO GILBERT, Dr., *Reipublicae Romanae instituta et leges unde profecta quo progressa sint* bis per hebd. hora V enarrabit.

FRIDERICUS BECHTEL, Dr., publice *grammaticam Anglosaxonicam* binis horis, privatim *grammaticam Graecam* quaternis horis tractabit.

GOTTFRIEDUS BERTHOLD, Dr., *Anatomiam plantarum* tradet diebb. Mart. et Vener. hora XII—I. *Exercitationes societatis botanicae* habebit semel per hebdom., publice. *Exercitationes tam microscopicas quam physiologicas* sueto more moderabitur.

UDO EGGERT, Dr., *Oeconomiae publicae partem practicam* tractabit quater per hebd., diebus Iovis et Veneris h. V—VII. *Theoriam politicam et socialem* tradet semel per hebd. d. Lunae h. VI—VII publice.

* * *

GUSTAVUS SCHWEPPE, rei equestris magister, *Artem equitandi* docebit, dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris et Saturni h. matutinis VIII—XII et horis pomeridianis (excepto d. Saturni) III—IV.

EDUARDUS HILLE, Mus. Dir. Acad., *Harmonicen et theoriam artis musicae* horis audituris commodis docebit. Praeterea ad Societates, quae *Singakademie* et *Orchesterspiel-Verein* vocantur, invitat.

* * *

OTTO PETERS *artem delineandi* die Saturni h. II—IV publice, *pingendi* horis commodis privatim docebit.

* * *

LUDOV. KÆUNE, Lector linguae Francogallicae, privatim et gratis, *triginta annorum bellum explicabit* die Mart. h. VIII. Privatim et gratis, *Artem gallice scribendi* tradet exercitationesque instituet.

d. *Privatim docentium.*

THEOD. WÜSTENFELD, Dr., *Historiam Italiae inde ab initio medii aevi* quaternis scholis, diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris hora X—XI gratis tradet.

M. FESCA, Dr., scholas non habebit.

HUGO ANDRESEN, Dr., privatim *De vita et operibus Molerii* disseret *ejusque comoediam „Le Misanthrope“* interpretabitur diebus Martis et Veneris h. VIII—IX; gratis *Exercitationes Seminarii Romanensis* moderabitur die Lunae h. VI.

CAROLUS BUCHKA, Dr., h. XII—I diebus Lun., Merc., Iov., Sat. *Chemiae organicum* tradet; *chemiae analyticae* partem alteram, i. e. *determinationes corporum analyticas pondere et volumine* diebus Ven. et Sat. hora VIII—IX docebit.

J. BROCK, Dr., scholas non indicavit.

OTTO HAMANN, Dr., privatim *de parasitis hominum* diebus Iovis et Veneris h. VI disseret; gratis *animalium migrationem* die Mercur. h. VI docebit.

EDUARDUS SCHRÖDER, Dr., privatim *Historiam literarum Germanicarum saeculi XVIII* tradet ter per hebd. h. IV. *De Anglosaxonum poesi epica* disseret bis per hebd. h. IX. Privatissime sed gratis *Exercitationes theotiscas* moderabitur.

HUGO MEYER, Dr., *Theoriam aequationum differentialium partialium exemplis physicalibus* binis diebus privatim et *Meteorologiam dynamicam* semel per hebd. gratis docebit.

RUDOLFUS LEÜCKART, Dr., *Chemiae Benzolidcorum partem primam* docebit diebus Martis et Veneris h. XII—I privatim.

P. JANNASCH, Dr., *metallorum naturam chemicam* ter per hebd. hora VIII—IX docebit.

JOANNES DE KAP-HERR, Dr., privatim *historiam populorum Germanicorum migrantium et civitates condentium* enarrabit ter per hebdomadem horis definiendis.

OTTO HOELDER, Dr., *Analysin algebraicam* dd. Lunae, Martis et Iovis h. XII privatim docebit.

ARTHURIUS SCHOENFLIES, Dr., privatim *Geometriam analyticam* tractabit, dd. Lunae, Martis, Iovis, Veneris h. IX; *applicationem calculi differentialis in geometriam* dabit dd. Merc. et Sat. h. IX.

TH. PFEIFFER, Dr., *analysin volumetricam* hora commoda gratis docebit; *adjectis exercitationibus*, quas h. IX—I die Saturni privatim instituet.

ERNESTUS KERN, Dr., privatim *De stercoris natura atque usu* bis per hebdomadem.

ARTHURUS MEYER, Dr., *Botanices elementa* explicabit bis per hebdomadem die Mercurii et Iovis h. XII—I.

V. ARTIUM EXERCITATIONES.

Musicam, artem delineandi, linguas et litteras cultissimorum Europae populorum etiam alii homines eruditi et periti tradent, scholarum illi suarum rationes et tempora loco consueto indicaturi. *Saltandi et armorum tractandorum artes* magistri stipendiis regiis auctorati docebunt.

SCHOLAE EX ORDINE HORARUM DISCRIPTAE.

Hora.	O. THEOLOGORUM.	O. IURIS CONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
8-9	Histor. eccl. p. I. (6) <i>Wagenmann</i> . Histor. eccl. med. aevi (5) <i>Reuter</i> .	Ius eccl. (6) <i>Dove</i> .	Schol. clin. gynaecol. (4) <i>Schwarz</i> . Pharmacognos. (4) <i>Marmé</i> . Chirurg. spec. (5) <i>Lohmeyer</i> . Operat. obstetr. (2) <i>Droyesen</i> .	Histor. graec. (4) <i>Volquardsen</i> . Laborat. chem. agricult. (5) <i>Tollens</i> . Analys. chem. for. (2) <i>Polstorff</i> . Moler. (2) <i>Andresen</i> . Chem. analyt. (2) <i>Buchka</i> . Metall. nat. chem. (3) <i>Jannasch</i> .
9-10	Evangel. (5) <i>Wiesinger</i> . Pauli epist. ad Roman. (5) <i>Ritschl</i> . Hist. eccl. med. aevi (1) <i>Reuter</i> . Exercit. Sem. homilet. et liturg. (1) <i>Knoke</i> . Pauli ep. ad Corinth. (5) <i>Lünnemann</i> .	Ius publ. Germ. (5) <i>Dove</i> . Ius crim. (5) <i>John</i> . Histor. iur. Germ. (5) <i>Schroeder</i> . Pandect. p. I. (4) <i>Merkel</i> .	Schol. clin. et policlin. (1) <i>Ebstein</i> . Exercit. pharmacognost. (1) <i>Marmé</i> . Exercit. pract. clin. chirurg. (6) <i>Konig</i> .	Hermeneut. et crit. (4) <i>Sauppe</i> . Exercit. oecon. (2) <i>Drechsler</i> . Function. ellipt. (2) <i>Schwarz</i> . Hist. univ. iur. publ. (4) <i>Weiland</i> . Exercit. pract. in laborat. phys. (1) <i>Riecke</i> et <i>Voigt</i> . Gramm. Sanscrit. (4) <i>Kielhorn</i> . Chem. (6) <i>V. Meyer</i> . Prax. chem. (5) <i>V. Meyer</i> . Pharmac. (5) <i>Boedeker</i> . Chem. organ. (4) <i>de Uslar</i> . Laborat. chem. agricult. (5) <i>Tollens</i> . Anatom. et Physiol. anim. dom. (5) <i>Esser</i> . Carm. Hesiod. (4) <i>Fick</i> . Nom. et verb. ling. Indogerm. (2) <i>Fick</i> . Anglosax. poes. ep. (2) <i>Schroeder</i> . Geometr. analyt. (4) <i>Schonfliess</i> . Applicat. calc. diff. (2) <i>Schonfliess</i> . Exercit. volumetr. (1) <i>Pfeiffer</i> .
10-11	Ethic. theol. (5) <i>Ritschl</i> . Exercit. Sem. homilet. et liturg. (1) <i>Knoke</i> . Genes. (5) <i>Duhm</i> .	Process. civ. (5) <i>de Bar</i> . Iur. pandect. p. I. (6) <i>Regelsberger</i> . Instit. iur. Rom. (5) <i>Merkel</i> .	Physiolog. exper. p. II. (6) <i>Meissner</i> . Schol. clin. et policlin. (6) <i>Ebstein</i> . Exercit. pharmacognost. (1) <i>Marmé</i> . Art. cadav. sec. <i>Merkel</i> et <i>Schiefferdecker</i> . Physiolog. (6) <i>Herbst</i> .	Psalm. (5) <i>Bertheau</i> . Logic. (4) <i>Baumann</i> . Exercit. oecon. (2) <i>Drechsler</i> . Embryolog. et anatom. compar. animal. (5) <i>Ehlers</i> . Prosemin. philol. (2) <i>Dilthey</i> . Palaeophytol. (1) <i>Comes de Solms-Laubach</i> . Exercit. geograph. (1) <i>Wagner</i> . Exercit. pract. in laborat. phys. (1) <i>Riecke</i> et <i>Voigt</i> . Scriptor. Sanscrit. (2) <i>Kielhorn</i> . Palaeograph. graec. (1) <i>Steindorff</i> . Exercit. art. crit. (1) <i>Steindorff</i> . Pindar. (4) <i>de Wilamowitz-Möllendorff</i> . Semin. phys. math. (1) <i>Voigt</i> . Theor. Galvan. (5) <i>Voigt</i> . Prax. chem. (5) <i>V. Meyer</i> . Chem. agricult. (3) <i>Tollens</i> . Laborat. chem. agricult. (5) <i>Tollens</i> . Logic. (4) <i>Rehnisch</i> . Hist. Ital. (4) <i>Th. Wüstenfeld</i> . Exercit. volumetr. (1) <i>Pfeiffer</i> .
11-12	Theor. nov. test. (4) <i>Wiesinger</i> . Theolog. symbol. compar. (5) <i>Reuter</i> . Propb. lesai. (5) <i>Schultz</i> . Exercit. Sem. homilet. et liturg. (1) <i>Knoke</i> .	Process. crimin. (5) <i>Ziebarth</i> . Ius priv. Germ. (5) <i>Frensdorff</i> . Iuris pandect. p. I. (3) <i>Regelsberger</i> . Histor. iur. Rom. (3) <i>Regelsberger</i> .	Schol. clin. et policlin. (5) <i>Ebstein</i> . Osteolog. et Syndesm. (3) <i>Merkel</i> .	Semin. philol. (5) <i>Sauppe</i> et <i>de Wilamowitz</i> . Semin. paedagog. (2) <i>Sauppe</i> . Agricultur. system. (2) <i>Griepenkerl</i> . Exercit. oecon. (2) <i>Drechsler</i> . Animal. domest. nutr. (3) <i>Henneberg</i> . Curs. zootom. (2) <i>Ehlers</i> . Calcul. integr. (5) <i>Schwarz</i> . Mineralog. (6) <i>Klein</i> . Geograph. gen. p. I. (4) <i>Wagner</i> . Exercit. geograph. (1) <i>Wagner</i> . Exercit. pract. in laborat. phys. (1) <i>Riecke</i> et <i>Voigt</i> . Palaeograph. graec. (1) <i>Steindorff</i> . Exercit. art. crit. (1) <i>Steindorff</i> . Prax. chem. (5) <i>V. Meyer</i> . Laborat. chem. agricult. (5) <i>Tollens</i> . Hist. philos. (4) <i>Peipers</i> . Exercit. volumetr. (1) <i>Pfeiffer</i> .
12-1	Theolog. dogmat. p. I. (5) <i>Schultz</i> . Theolog. pract. syst. (5) <i>Knoke</i> . Hist. dogm. (6) <i>Bornemann</i> .	Ius Rom. (4) <i>de Thering</i> . Ius quo civitates Germ. administr. (3) <i>Frensdorff</i> . Ius gent. (2) <i>de Bar</i> . Princip. iur. Rom. de ord. iudicior. priv. (2) <i>Merkel</i> .	Exercit. ophthalm. clin. (4) <i>Leber</i> . Patholog. general. (4) <i>Orth</i> . Anatom. p. I. (6) <i>Merkel</i> . Exercit. ophthalmoscop. (2) <i>Deutschmann</i> . Exercit. laryngoscop. (1) <i>Damsch</i> . Exercit. otiatr. policlin. (2) <i>Bürkner</i> .	Aristoph. Ban. (2) <i>de Leutsch</i> . Seminar. archaeol. (1) <i>Wieseler</i> . Art. op. ad Bacch. spect. (1) <i>Wieseler</i> . Agricult. gener. (2) <i>Drechsler</i> . Op. rust. (4) <i>Drechsler</i> . Exercit. oecon. (2) <i>Drechsler</i> . Semin. math. phys. (1) <i>Schwarz</i> . Poes. graec. hist. (4) <i>Dilthey</i> . Hist. lit. francogall. (4) <i>Vollmüller</i> . Vocal. et conson. ling. Francogall. (1) <i>Vollmüller</i> . Exercit. pract. in laborat. phys. (1) <i>Riecke</i> et <i>Voigt</i> . Hist. regni Franc. (2) <i>Steindorff</i> . Art. metr. theod. (2) <i>Heyne</i> . Platon. philos. (1) <i>Peipers</i> . Art. in urb. Rom. (3) <i>Schmarsow</i> . Anatom. plant. (2) <i>Berthold</i> . Chem. organ. (4) <i>Buchka</i> . Chem. Benzolid. (2) <i>Leuckart</i> . Anatys. algebr. (3) <i>Moulier</i> . Exercit. volumetr. (1) <i>Pfeiffer</i> . Botan. elem. (2) <i>A. Meyer</i> .

Horæ.	O. THEOLOGORUM.	O. IURIS CONSULT.	O. MEDICORUM.	O. PHILOSOPHORUM.
2-3	Sem. catech. (1) <i>Wiesinger</i> . Sem. catech. (1) <i>Knoke</i> .		Toxicolog. pract. p. II. (2) <i>Marmé</i> . Demonstrat. pathol. anat. (2) <i>Orth</i> . Anatom. topograph. (3) <i>Merkel</i> . Histolog. gen. (1) <i>Krause</i> . Pharmacol. (5) <i>Husemann</i> . Morb. aurium (2) <i>Bürkner</i> .	Ling. Syr. (2) <i>Bertheau</i> . Histor. relig. græc. (3) <i>Wiesler</i> . Exercit. mineral. (1) <i>Riecke</i> . Exercit. pract. in laborat. phys. (3) <i>Riecke</i> et <i>Voigt</i> . Prax. chem. (5) <i>V. Meyer</i> . Laborat. chem. agricult. (5) <i>Tollens</i> .
3-4	Vit. script. doct. Pauli (2) <i>Knoke</i> . Hist. can. Test. (1) <i>Bornemann</i> .	Ius agrar. (3) <i>Ziebarth</i> . Ius mercat. (5) <i>Schroeder</i> . Ius Rom. de hered. (5) <i>Wolff</i> .	Demonstrat. path. anat. (2) <i>Orth</i> . Venen. regni anim. (1) <i>Husemann</i> . Tocolog. (4) <i>Droysen</i> .	Nibelung. (4) <i>G. Mueller</i> . Semin. math. phys. (1) <i>Schering</i> . Psalm. (5) <i>de Lagarde</i> . Exercit. mineral. (1) <i>Klein</i> . Exercit. pract. in laborat. phys. (3) <i>Riecke</i> et <i>Voigt</i> . Grammat. Græcor. et Romanor. litt. (4) <i>de Wilamowitz-Möllendorf</i> . Prax. chem. (5) <i>V. Meyer</i> . Chem. pharmac. (4) <i>de Uslar</i> . Laborat. chem. agricult. (5) <i>Tollens</i> .
4-5	Introduct. in vet. Test. (4) <i>Duhm</i> .	Exercit. pract. ad process. civ. spect. (1) <i>John</i> . Exercit. iur. crim. (1) <i>de Bar</i> . Colleg. civ. pract. (2) <i>Regelsberger</i> . Exercit. pract. iur. mercat. (1) <i>Schroeder</i> . Exercit. exeget. in Digest. (1) <i>Merkel</i> .	Schol. clin. psychiatr. (2) <i>Meyer</i> . Pathol. et Therap. part. spec. dimid. (4) <i>Ehstein</i> . Uroscop. (1) <i>Dumsch</i> . Luxation. et fractur. (2) <i>Müller</i> .	Horat. carm. (4) <i>Saupe</i> . Introduct. in Mechan. analyt. (4) <i>Schering</i> . Thalloghyt. (2) <i>Comes de Solms-Laubach</i> . Psycholog. (4) <i>G. E. Mueller</i> . Societat. psycholog. (1) <i>G. E. Müller</i> . Histor. etc. (4) <i>Kluckhohn</i> . Theor. oecon. polit. (4) <i>Cohn</i> . Prax. chem. (5) <i>V. Meyer</i> . Hist. lit. Germ. (3) <i>Schroeder</i> .
5-6	Histor. eccl. et theol. saec. XIX. (3) <i>Wagenmann</i> .	Exercit. pract. ad process. civ. spect. (1) <i>John</i> . Exercit. iur. crim. (1) <i>de Bar</i> . Colleg. civ. pract. (2) <i>Regelsberger</i> . Exercit. pract. iur. mercat. (1) <i>Schroeder</i> . Exercit. exeget. in Digest. (1) <i>Merkel</i> .	Schol. clin. psychiatr. (2) <i>Meyer</i> . Hygien. experim. (3) <i>Flügge</i> . Method. disquis. clin. phys. (3) <i>Dumsch</i> .	Doctr. rei pecuar. (4) <i>Griepenkerl</i> . Doctr. animal. domest. (1) <i>Griepenkerl</i> . Histor. philosoph. (5) <i>Baumann</i> . Phys. experiment. (4) <i>Riecke</i> . Form. gramm. ling. nostr. (4) <i>Heyne</i> . Doctr. reddit. publ. (4) <i>Cohn</i> . Hist. litt. saec. XVI. (1) <i>Goedeke</i> . Chem. pharmaceut. (4) <i>Polstorff</i> . Reipubl. Rom. instit. (2) <i>Gilbert</i> . Oecon. publ. (2) <i>Eggert</i> .
6-7	Sem. exeget. (1) <i>Wiesinger</i> . Societ. theolog. hist. (1) <i>Wagenmann</i> . Sem. theol. exercit. syst. (1) <i>Ritschl</i> . Sem. theol. exercit. ad histor. eccl. pertin. (1) <i>Reuter</i> .		Pharmacolog. etc. (3) <i>Meissner</i> . Adulterat. nutriment. tox. (1) <i>Marmé</i> . Aetiolog. general. (1) <i>Orth</i> . Exercit. histol. path. pract. (2) <i>Orth</i> . Electrotherap. (2) <i>Dumsch</i> .	Sem. theolog. (1) <i>Bertheau</i> . Societ. theol. (1) <i>G. Müller</i> . Doctr. animal. domest. (1) <i>Griepenkerl</i> . Theor. funct. ellipt. etc. (4) <i>Schering</i> . Exercit. oecon. (2) <i>Drechsler</i> . Art. et mor. animal. (2) <i>Ehlers</i> . Exercit. hist. (1) <i>Volquardsen</i> . Hist. explorat. Afr. (1) <i>Wagner</i> . Semin. Romanense (1) <i>Tollmüller</i> . Exercit. hist. (1) <i>Weiland</i> . Seminar. polit. (1) <i>Cohn</i> . Determinat. Sacch. (1) <i>Tollens</i> . Michelang. (1) <i>Schmarow</i> . Plant. archegon. et gymnosp. (2) <i>Falkenberg</i> . Flor. mar. (1) <i>Falkenberg</i> . Oecon. publ. (2) <i>Eggert</i> . Theor. polit. (1) <i>Eggert</i> . Seminar. Romanens. (1) <i>Andresen</i> . Parasit. hom. (2) <i>Hamann</i> . Animal. migrat. (1) <i>Hamann</i> .
7-8	Sem. exeget. (1) <i>Wiesinger</i> .		Exercit. histol. path. pract. (2) <i>Orth</i> .	Sem. theol. (1) <i>Bertheau</i> .

Scholæ, quarum horæ non indicatæ erant, in hoc conspectu commemorari non potuerunt.